

plationem ad bona pupilli, sed censetur facta retentis eisdem terminis restrictionis ad bona testatoris, ut bene declarat Socin. in d.l. Centurio, n. 289. vers. sed hoc mihi non placet, quæ sequuntur ibi Modern. de Aquilan. in 4. parte n. 249. de vulg. Idem tenet addit. ad Alexand. conf. 12. n. 20. lib. 3. & fuit de mente Corn. cōs. 322. sub n. 10. lib. 3. Aret. conf. 154. num. 12. Et quod distributio per quotas non possit operari, ut substitutio restricta ad bona testatoris comprehendat etiam bona pupilli, tenuit Rota in dicta Firmana bonorum 10. Martij 1586. coram Bubalo; Et comprobatur manifeste ex eo, quia ut dicit Bart. in d.l. Cētūrio n. 36. quādo plures per quotas substituuntur vni comprehenduntur ea bona, in quibus substituuntur. sicut si in eis ipsis bonis unus tantum fuisset substitutus, & sic perinde est, sicut si in bonis ipsius testatoris fuisset nepoti impuberi filius solus verbo communi substitutus: Sed si ita fuisset substitutio non esset pupillaris, sed dicta bona filius per fideicommissum accepisset, quia substitutio facta à testatore in bonis proprijs per verbum commune ex receptissima Doctorum opinione, est semper fideicommissaria; Ergo diuisio eorundem bonorum testatoris facta in substitutione per quas, non potest efficiere, ut substitutio sit pupillaris, quia illæ etiā quotæ sunt restrictæ ad bona testatoris, nec possunt alia bona comprehendendi, nisi illa, quæ distributa sunt, & sic bona testatoris, non autem bona pupilli; Et cu substitutio facta filio, seu nepoti, pupillo in bonis testatoris censeatur facta in re certa, Alex. in l. 1. n. 9. de vulg. perinde est, sicut si certa species esset diuisa per quotas, quo casu est fideicommissaria, ut per Aret. d.conf. 154. n. 12. & sequenti.

30 Nō obstat auctoritates ex aduerso adductæ ad ostendendum, quod substitutio facta per divisionem hæreditatis, vel bonorum per quotas sit pupillaris; Nam duo casus considerandi sunt. Prūnus si indefinite + substitutio fit in quotis bonorum, vel quotis hæreditatis, tunc enim censetur facta pupillo in bonis ipsius pupilli diuisia per quotas, quia testator non le restrinxit ad bona sua, & bona pupilli censemur diuisa prout totalitatem denotant, ut ait Imol. in d.l. Cētūrio, n. 24. vers. si autem duo in fin. & ita loquitur Bar. ex aduerso allegatus, & plerique alii cum sequentes.

31 Secundus casus est, quando substitutio + per verbum commune est restricta ad bona testatoris, & tunc etiam si testator substituendo, bona predicta diuidat per quotas, nihilominus substitutio propter restrictionem remanet fideicommissaria, ut per Alex. conf. 45. col. 5. lib. 1. Idcirco Paul. de Castr. conf. 31. n. 4. lib. 2. contrarium sentit, quia opinionem eorum sequitur, qui volunt contra veram, & communem sententiam, restrictionem ad bona sua nō impedire pupillarem, sicut etiam Alex. d.conf. 12. vbi tamen concludit pro directa, quia verba erant directa, & cum aduerso distributio,

quandocumque: Et in casu Dee. conf. 572. n. 5. & 6. Substitutio erat facta pupillo ipsi in omnibus bonis, neque erat restricta ad bona testatoris, & verbum erat directum. Ergo presupposita opinione iam firmata, quod restrictio substitutionis per verba communia ad bona testatoris, sit fideicommissaria, sequitur, quod sit talis, etiam quod per quotas bona predicta diuisa sint, & qui aliud sentiunt, vel presupponunt restrictionem hanc vim non habere, vel loquuntur cum substitutio sit in bonis indefinite absque restrictione ad bona sua, vel quando verba sunt directa, vel in substitutione fit mentio pupillaris ætatis, prout loquitur Corn. consil. 138. n. 10. lib. 3. Quando enim restrictio interuenit, non sufficit sola distributio per quotas, ut expresse sentit Paul. de Cast. d.conf. 31. & Alex. d.conf. 43. & d.conf. 12. quia tunc distribuuntur certe species sine aliqua totalitate, ut per Alex. in d.l. 1. n. 9. de vulg.

32 Et ideo non est opus ingredi illam difficultatem, an quando testator per verbum commune substituit in omnibus bonis suis, vel in tota sua hæreditate, comprehendatur pupillaris directa, tum quia contra Bart. qui tenuit affirmatiuam in d.l. Centurio, n. 27. est + communis opinio, quam sequuntur Bald. in dict. l. præcibus, n. 44. Fulgos. n. 17. Salicet. n. 26. Ias. n. 15. in fine, dicens Bart. in hoc communiter reprobari, Angel. in d.l. Cētūrio, sub n. 5. Aret. sub n. 10. Alex. n. 76. Ripa n. 135. Socin. iun. sub n. 260. Angel. conf. 125. n. 5. Costa in d.c. si patet, in ver. de filio ad filium, n. 10. de testam. in 6. dicens opinionem contra Bart. esse communem, Idem testatur Gabr. ad Trebel. conclus. 3. Polit. de compend. subst. n. 34. qui omnes dicunt per ista verba, omnia bona mea, non mutari substitutionem, quæ de sui natura erat fideicommissaria in directam, sed potius ex illis induci prohibitionem trebellianicæ.

Tum etiam, quia hæc opinio Bart. quidquid sit de illius veritate, non habet locum, vbi substitutio non continet aliquam dictionem uniuersalem; quæ non potest eamdem vim habere, quam habet ea substitutio, quæ fit in omnibus bonis, quia dictio + illa uniuersalis efficit, ut in substitutione cum hoc signo uniuersali concepta, illa etiam comprehendantur, quæ alias non comprehendentur, ad congesta per Rolan. conf. 87. n. 8. & sequen. lib. 2. Nec distributio per quotas importat totalitatem ad effectum ampliandi substitutionem restrictam ad bona testatoris, sed tatum, ut in substitutione non restricta comprehendatur pupillaris directa, ut per Imol. in d.l. Centurio, n. 24. Et patet ad sensum, nam ad hoc, ut inducatur directa pupillaris, necesse est, quod totalitas sit posita indefinite, ita ut respiciat etiam quotas bonorum pupilli, non autem sit restricta ad quotas bonorum testatoris, ut optimè declarat Aret. d.conf. 154. n. 12.

Præterea dubitari etiam solet, vtrum ex verbo (remanere) posito in substitutione sufficiens

ciens conjectura colligatur, quod testator vor-  
uerit pupillariter substituere. Finge enim,  
quod post distributionem facta de bonis suis  
per quotas inter filios substitutos nepoti im-  
puberi, testator dicat, quod altero ex dictis  
suis filijs decedente sine filijs, voluit eius bona  
remanere superstibus, seu superstiti, vel eorum  
filijs, & descendenterib[us] pro æquali portione  
in stirpes, & non in capita, dubium est an pu-  
pillary contineatur. Hęc quæstio fuit in Rota  
coram Bubalo in allegata Firmana bonorum  
sub die 27. Februarij 1587. Et opponebatur,  
quod verbum (remanere) referrebatur ad pos-  
sidentes; quia filii heredes instituti erant pro-  
hibiti diuidere usque quo omnes essent virgin-  
ti quinque annorum, & sic omnes videbantur  
possidere pro indiuiso totam hereditatem, &  
34 per consequens † in qualibet gleba Alexan. in  
l.locus, n.2. & n.5. de acquir. possit. & in l.3. §.  
incertum sub n.5. eod. tit. & ibi Ias. n.1. circa-  
si. per I. Mænius, §. duobus, de leg. 2. Nā quipos-  
35 sident pro indiuiso † cū alio, potest dici, quod  
possideat totā rē, Cuman. in d.l. locus, n.1. Et  
36 hiac est quod probans se possedisse † fundū  
comuniter pro indiuiso cū alio, dicitur pro-  
basse, q[uod] possedit totū fundū, Benintend. decis.  
33. in fin. per Doctrinā Soc. in l. si quis cū to-  
37 tum, n.2. de except. rei iudicat. Et vno † ex pos-  
sidentibus pro indiuiso decedente ali⁹ dicuntur  
continuare possessionem totius absque  
aliqua nouitate, Paris. conf. 53. n. 110. in fin. lib.  
3. nec possunt dici continuare possessionem  
nisi in tota re, & ita fuisse tentum per Rotam  
in vna Massanen. Baroniarum coram Oradino.  
3. Nouembris 1565. refert Lancellot. de attent.  
part. 2. cap. 4. limit. 11. n. 63. & sequen. Cū igi-  
tur dictum verbum (remanere) haberet rela-  
38 tionē ad possidentes, sequebatur, † quod fla-  
ret in sua propria significatione, & esset direc-  
tum, vt per Bart. in l. Prætor in princip. nu. 2.  
de collat. bon. & in l. tale pactum. §. fin. n.5. de  
pact. & in l. si cum ante vbi Ang. C. de donat.  
ante nupt. Tiraquel. in l. si vñquam: in verbo,  
reuertatur, n. 205. C. de reuocan. donat. & co-  
sequenter importaret pupillarem, quia substi-  
39 tutio † compendiosa etiam restricta ad bona  
testatoris, quando est facta per verba directa.  
etiam ciuilia, continet pupillarem ex deductis  
per Costam in d. c. si pater in ver. de filio ad  
alium, n.9. vers. Ego autem, & n. 11. de testam.  
in 6.

Sed præmissis non obstantibus fuit resolu-  
tum ex verbo (remanere) non posse colligi ali-  
quam conjecturam considerabilem, quod te-  
stator voluerit pupillariter substituere: Nam  
40 quod imò dictum verbum † sit commune, non  
autem directum, tenent fere omnes in d.l. Cé-  
turi, nempe Bart. n. 51. Aret. n. 20. Ias. n. 70. Ri-  
pa n. 191. Galiaul. n. 523. Bologn. n. 312. Socin.  
iun. n. 339. Bart. in l. tale pactum. §. fin. in princ.  
de p[ro]t. Bald. in l. fin. in fine. C. de sacros. eccl[esi].  
& in l. 1. in fine. C. de pa[ct]. inter empt. & v[er]edit.  
Corn. in l. præcibus, n. 108. C. de impub. Imol.

in c. Raynutius, n. 196. vers. 4. & ibi Guliel. de  
Benedict. in verbo succederent, n. 14. in fine, de  
testam. Alex. conf. 168. n. 8. lib. 5. Curt. iun. conf.  
15. n. 1. Ruin. conf. 134. num. 5. lib. 2. Socin. iun.  
conf. 152. n. 1. lib. 2. Sforz. Odd. in tract. de cō-  
pend. fo. 62. qui de communi attestatur. Quod  
eo magis dicendum est, si testator vtatur ver-  
bo (velo remanere); nam verbum † (volo) iun-  
ctum verbo communi facit illud obliqua re,  
Ruin. conf. 128. nu. 16. & 17. lib. 3. Ergo multo  
magis operatur, vt retineat naturam suam,  
quod sit commune, & bene facit Curt. iun. cōf.  
54. n. 6. Et res difficultate caret, quando testa-  
tor usus fuit eodem verbo (remanere) in alijs  
substitutionibus factis maioribus, in quibus  
non est dubium, quod est commune; ergo in  
eodem sensu communi debet intelligi in sub-  
stitutione facta pupillo, nam vna pars testa-  
41 menti aliam declarat, & verba † dubia inter-  
pretantur, prout testator ea intellexit in alia  
parte testamenti, l. qui filiabus in princ. de-  
leg. 1. cum similibus.  
42 Nec refert, quod quando verbū (remaneat)  
refertur ad possidentem, tunc stat in sua pro-  
pria significatione, & est directum, vt per Bar.  
in l. prætor, in princ. n. 2. de col. bon. Quia fuit  
dictum, quod hęc conclusio non applicabatur  
nam si erat attendendum tempus testamenti  
prout attendi debet, l. si ita, de aur. & arg. leg.  
vtique ipse testator possidebat, non autē sub-  
stituti; Si vero attendebatur tempus mortis pu-  
pilli, de quo tempore fuerat factus locus sub-  
stitutioni, & tunc ipse pupillus possidebat par-  
tem suam pro indiuiso cum alijs hereditibus,  
nec dici poterat, quod alij heredes, qui fuerat  
etiam substituti censerentur totam heredita-  
tem possidere, cum omnes possiderent pro in-  
diuiso, quia quando plures † possident pro in-  
diuiso non omnes in solidum possident, nam  
plures non possunt in solidum possidere, sed  
quilibet possidet partem suam pro indiuiso:  
43 Et quamvis ratione loci † sit incerta ista  
possessio, quia pars diuisa non potest ab alijs  
partibus videri, tamen ratione quotæ est cer-  
ta; vt bene declarant Doct. in d.l. 3. §. incertum  
& in d.l. locus: Neque Cuman. ibi dicit quod  
possidens certam partem pro indiuiso, dicatur  
totam rē possidere, sed vult dicere, quod pos-  
siderit partem suam pro indiuiso in tota rē:  
Prout etiam nec Socin. in l. si quis c[on]m totum  
n. 2. de except. rei iudic. & Beninten. decis. 33.  
44 in fin. dicunt, quod possidens † fundum com-  
munem dicatur in solidum possidere, quia lo-  
quuntur in alia quæstione, quando testis depo-  
nit, quod talis possedit fundum communem,  
nam si non adest probatio in cōtrarium, quod  
alius etiam possideat, testis ita deponens di-  
citur probare possessionem totius fundi in so-  
lidum, secus vero vbi constaret alium etiam  
possidere pro indiuiso, nam tūc dictum testis  
esset intelligendum non de possessione totius  
fundi, sed de possessione partis pro indiuiso, vt  
bene declarat Socin. vbi supra.

Præterea solet in hoc casu cōiectura etiam desumti ex clausula ( omni meliori modo ) in substitutione apposita: Nam vt substitutio dicitur facta omni meliori modo , debet videri facta etiam + pupillariter , cum hic sit melior modus , vt dicebat Io. de Amicis in cons. 15 . n. 10 . Cephal. cons. 423 . nu. 105 . Quod videtur procedere, licet hæc clausula non sit in specie adiecta substitutioni compendiosa factæ pupillo, nam sufficit, quod sit in fine aliarum substitutionum; Quia sensus erit, quod omnes præcedentes substitutiones factæ intelligentur omni meliori modo, & sic vnaquæque suo meliori modo; Ita vt si vni magis expediat esse, pupillarem sit pupillaris, si tideicommissariam sit fideicommissaria , vel alias vt cuique magis expediet . Clausula enim + in fine posita refertur ad omnia præcedentia , quibus conuenire potest, vt pro regula tradit Ias. in l. 1 . nu. 1 . C. de lib. præter. & in terminis clausula adiectæ substitutionibus, Grat. cons. 134 . n. 14 . vers. & licet, lib. 2 . Aym. cons. vlt. n. 14 . lib. 2 . Sed animaduertendum est, quod ex clausula prædicta ita demum pupillaris inducitur , vt declarat Io. de Amicis eod. cons. nu. 2 . quando personis + , & verbis conuenit ipsa pupillaris, prout conueniebat in casu suo, quia mentio facta erat pupillaris ætatis, & verba erant directa, & substitutio non erat facta in bonis testatoris, sed in certis bonis pupilli, quo casu potest, & debet substitutio interprætari directa , c. si pater, de testam. in 6 . & in his terminis loquitur etiam Cephal. vbi supra . Secus autem quando verba , & mens testatoris repugnant pupillari , quia tunc dicta clausula non potest efficere, vt substitutio sit pupillaris, veluti si testator restrinxit substitutionem ad bona propria, quia quemadmodum substitutio ipsa restricta est ad bona testatoris, ita etiam d. clausula ad illa restricta censetur, vt per Ripam in d. Ceturio, n. 85 . vers. 2 . intellige, Curt. iun. cons. 199 . nu. 21 . & sequen. & sic hæc clausula potius retorquetur; Nam cum testator restrinendo substitutiones ad bona sua hoc facere non possit per viam pupillaris substitutionis, censetur hoc fecisse per viam fideicommissi , qui est modus melior, ad hoc, vt substitutio ita restricta fieri possit, vt bene considerat Aret. cons. 154 . n. 13 . Et istud maxime locum habet, si hæc clausula non sit in specie adiecta substitutioni factæ pupillo , pro vt loquitur Io. de Amic. in loco supra citato, & Cephal. d. cousil. 423 . n. 105 . Sed in fine omnium substitutionū, quia maioribus factæ sint; quia tunc sicut in exterioris substitutionibus non potest importare directam, ita nec etiam in substitutione facta pupillo , ad hoc vt in omnibus sit pariformis dispositio, iam hoc iure, de vulg. & pupillari. Sed non est prætermittendum id, quod pro pupillari substitutione, & ad exclusionem matris, nō obstante restrictione testatoris ad bona propria adducebatur in allegata Firmana na bonorum coram Bubalo, ultra superius re-

lata . Allegabatur enim hæc ratio; Nam licet daretur, quod sub compendiosa pupillaris facta non esset compræhensa pupillaris expressa, nihilominus, cū dubitari non possit, quin continetur + vulgaris expressa verbis generalibus, iuxta receptam doctrinam Bart. in d.l. Centurio, n. 32 . de vulg. & plures allegat Sforz. Odd. de compend. subst. fol. 67. & 150 . Snccedit, quod ex interpretatione legis sub dicta vulgari expressa + continetur tacita pupillaris , per quam substitutus consequitur bona pupilli, & matrem illius in totum excludit, d.l. iam hoc iure, de vulg. & l. quamuis, C. de impub. Quod nedum habet locum in vulgari expressa verbis formalibus, & specialibus, sed etiam in vulgari expressa verbis generalibus, nempe in vulgari compræhensa in compendiosa, vt expresse tenet Bald. in d.l. præcibus, n. 41 . C. de impuber. qnem ibi sequitur Corn. n. 70 . dicens esse notabile, & menti tenendum: Hoc etiam tenuit Ang. cons. 151 . in fin. Et quod in hoc nulla sit differentia inter vulgarem expressam verbis generalibus, & vulgarem expressam verbis specialibus, ita vt vtroque casu compræhendatur pupillaris, tenet Socin. iun. cons. 103 . nu. 4 . & 5 . lib. 1 . & cons. 27 . n. 6 . lib. 3 . Ruin. cons. 103 . n. 7 , lib. 2 . Et in terminis questionis nostræ , etiam quando + compendiosa est restricta ad bona testatoris , quod vulgaris in ea compræhensa contineat tacitam pupillarem in individuo tenuit Socin. iun. cons. 121 . n. 31 . & sequ. lib. 1 . Hoc idem tenuit Costa in d.c. si pater, in ver. de filio ad filium, n. 14 . & sequen. licet de Socino mentionem non faciat, moti ex pluribus fundamentis, & rationibus, sed præcipue ex ea , quia sicut pupillaris contenta in compendiosa continet tacitam vulgarem, vt tenet Bart. cōmuniter \* approbatus in d.l. Ceturio, n. 32 . Ita etiam econuerso vulgaris contenta in compendiosa debet continere tacitam pupillarem , præfertim, quia non repugnat voluntas testatoris, sed potius videtur , quod testator hunc casum non considerauerit, & ideo intrat benigna legis interprætatio, quæ porrigit vulgare substitutionem ad casum pupillaris, licet verba substitutionis videantur repugnare pupillari substitutioni , vt bene declarat Cardin. Mantic de coniect. lib. 5 . tit. 13 . n. 6 . Verum istis non obstantibus contrarium fuit resolutum per Rotam sub die 27 . Iunij 1587 . Videlicet, quod sub vulgari contenta in compendiosa etiam restricta ad bona testatoris non continetur tacita pupillaris ad matris exclusionem : Nam quamuis hoc casu sub compendiosa compræhendatur vulgaris, quia verba, & mens testatoris vulgari conueniunt, per quam succeditur testatori in bonis suis, l. coharedi. s. cum filiæ, de vulg. tamē sub illa vulgari + non continetur tacita pupillaris, per quam substitutus consequi possit bona pupilli ; Quia si propter restrictionem ad bona testatoris excluditur pupillaris expressa verbis generalibus , multo magis excluditur omnia

omnino tacita , sicuti est illa , quæ continetur sub vulgari, quæ est minoris potentia. Doct. in l. cum quid, vbi Ias. n. 17. si cert: pet. Alex. cons. 59. n. 10. lib. 3 & in his terminis bene declarat Dec. in l. in testameto, n. 7. in fine, C de testam. milit. Vbi reprobando Ang. d. cons. 15. 1. in fin, 53 tenet, quod tibi in reciproca inter impares non continetur pupillaris expressa verbis generalibus, non potest etiam comprehendendi tacita sub vulgari, Idem tenet Sforz. Odd. de compend. fol. 38. vers. respondeo quod, & fol. 81. vers. Sed ego puto. Quod etiam illa ratio ne suadetur, quia si daremus, quod hoc in casu tacita pupillaris esset comprehensa, utique esset frustatoria dicta communis opinio superius firmata, quod compendiosa restricta cum verbo communi non continet pupillarem, vt bene deducit Dec. vbi supra, & nos quoque late exposuimus in l. lib. cap. 33. per totum, vbi ad Bald. & alios incontrarium allegatos respondimus.

Mulier habens per instrumentum dotale obligata omnia bona mariti etiam fædalia reseruato consensu Domini, & non alias, si maritus culpam committat, ob quam fædum ad Agnatos deuoluntur, an possit impetrare dictum consensum pro dote. Cap. CXL.

## S V M M A R I V M .

- 1 Mulier habens obligata pro sua dote bona fædalia mariti, reseruato consensu Domini, licet fædum sit apertum agnatis; tamē fauore dotis potest impetrare dictum consensum.
- 2 Consensus ex post facto præstitus non tollit ius tertio acquisitum ante consensum præstitum.
- 3 Fædum mortuo alienante statim aperitur filio vel agnato, quando non interuenit assensus Domini, quod tamen declaratur in n. 4.

**I**N hoc articulo affirmative est resoluendum: Nam licet fædum sit aperto agnato, tamē fauore dotis potest impetrari dictus consensus per l. si ego. si res ff. de iure dot. de cuius intellectu late Dec. cons. 35. cum duobus seq. Et ita fuit decus in Sacro Consilio Neapolit. ut per Afflct. decis. 385.

Bald. tamen in l. obseruare, si post hæc ff. de offic. Procons. dicit, quod tamen quando tertio est ius quæsitum ante consensum præstitum, si postea consensus sequatur, non præjudicat per l. fin. ff. rem rat. haber. Et ad idem facit, quod scribunt Specul. de oblig. & solut. si. 1. vers. quid si ego, & Andr. de Isernia in c. impietalem in princ. de prohib. fæd. alien. per Fed.

3 Vbi, quod statim tamen mortuo alienante fædum aperitur filio, vel agnato, quando non interuenit assensus, & sic fædum est ipsius filij, vel agnati, & sibi non præjudicat consensus, qui

deinde fieret in fædū, maxime ex pacto, & prouidentia: Et idem si est hereditarium, quia Princeps eo tempore firmat, & consentit, quo res est aliena, & non alienatis, & quando fædum est alterius non valet assensus in eius præjudicium, l. si aliena res, ff. de pignor. act. cum concordan. Andr. in c. 1. §. donare, qual. olim fui. alien. pot. Et faciunt notata per Bart. in l. 2. ff. de donat. Quia propter mortem illius non est habilitas subiectorum, ex quo ipse contrahens non viuit. arg. l. fin. ff. rem rat. hab.

4 Sed ego considero, quod si tamen esset verum, quod fauore dotis post delictum assensus non posset impetrari, ex quo Agnatus, cui applicatur non est heres, sequeretur una maxima limitatio. Videlicet quod quando Agnatus, qui habebat fædum ex pacto, & prouidentia, & vxorem, decederet, vxor eo mortuo non posset impetrare assensum, ex quo agnatus est habiturus fædum, non ut heres, sed ex pacto, & prouidentia. Considero etiam, quod fiscus non habet fædū, ut heres, sed capit sicut agnatus, sibi enim aperiuntur, & tamen impetratur assensus; alias sequeretur, quod quando fædum recognosceretur a Barone, & quis commissum set culpam ammissionis fædū, quo casu fædum erit Baronis, non posset impetrari assensus. Sic quando quis perderet ob alienatione indebita factam, vel ob seruitum non præstitum, non posset impetrari assensus, ex quo Fiscus, vel Agnatus non habet ut heres.

## In petitione hereditatis an fædum continetur brevis declaratio. Cap. CXLI.

## S V M M A R I V M .

- 1 Fædum in petitione hereditatis venit, secundū opinionem veriorem & n. 3.
- 2 Filius non potest repudiare hereditatem paternam & habere solum fædum.
- 3 Agens petitione hereditatis ad fædum, debet se fundare in sola possessione fædū, quæ erat apud defunctum.
- 4 Petitiō hereditatis datur etiam pro rebus, quarum defunctus testator babuit solum possessionem, vel detentionem.
- 5 Fædum ex pacto, & prouidentia, licet non decurrat, vel defluat, ut ad heredes, tamen distitur esse in hereditate.
- 6 In hereditate, veniunt etiam non hereditaria, quæ in hereditate reperiuntur, ut res deposita commoda, & similes,
- 7 Fædum in petitione hereditatis non continetur quando agitur aduersus filium, vel alium in inuestitura comprehensum.
- 8 Amplia, ut procedat nedium volente extraneo agere, sed etiam persona in inuestitura comprehensam.

**D**ubitatio non modica reperitur in illo articulo, An in petitione hereditatis fædum

dum continueatur. Glos. enim in l. item videtur  
1. §. fin. in verb. iura, de pet. hæredit. tenet quod  
hic, & hanc opinionem Angel. ibi sequitur.

Bart. verò in eodem; §. fin. cū quo simpliciter  
Bald. transit, tenet contrarium, quod scilicet  
nullo modo in petitione hæreditatis feudum  
continueatur, cum non habeatur iure hæredita-  
rio, cap. 1. de succel. feud. Et hoc, siue simus in  
extraneo auctore, siue in filio ad quem non tran-  
seat feudum tanquam in heredem, sed veniat  
ex pacto, vel ex lege, d. cap. 1. de succel. feud.  
2. dato & quod filius non possit repudiare hære-  
ditatem patris, & habere solum feudum, vt in  
cap. 1. An agnat.

3. Verum à prima sententia & non videtur re-  
cēdendum, quam tenet idem Bart. sibi contra-  
rins in l. vt iusurandi, §. si liberi, ff. de oper. li-  
bert. vbi vult filium, & quemcumque, dummodo  
coprehensum in inuestitura agere posse,  
& in l. si patroni in princip. ad Trebel. inquit  
nedum prædictos, imò quemlibet extraneum  
agere posse petitione hæreditatis ad feudum &  
sic, quod licet extraneus in feudo nō succedat,  
vt in d.c. 1. de succel. feud. illud tamen intelligatur  
quo ad proprietate, & utile dominium.  
Vnde agens petitione hæreditatis ad feodium  
debet esse maxime cautus, quia si fundaret se  
super utile dominio, & int̄eraret dictam actio-  
nem ratione proprietatis, succumberet; Debet  
4. enim & fundare se in sola possessione feudi, quæ  
erat apud defunctum: Nam petitio & hæredi-  
5. tatis datur non solum pro illis rebus, quarum  
defunctus testator habuit dominium, & pro-  
prietatem, sed etiam pro rebus, quarum ha-  
buit solam possessionem, vel detentionem, l.  
regulariter, in princ. ff. de pet. hæredit. l. hære-  
ditas, C. eod. tit. Hanc opinionem tenet etiam  
Guliel. de Cun. & Alberic. in d. §. fin. per l. quæ-  
dam mulier, ff. fami. hærcis. & l. fin. ff. de iur. pa-  
tron. & Alex. quoque in d.l. si patroni, colum. 6.  
approbat Bartolum in hac parte; Et bene fa-  
6. cit secundum Angel. nam licet & feodium sit  
ex pacto, & prouidentia, nec decurrat, vel de-  
fluat, vt ad hæredes, tamen non potest negari,  
quoniam remaneat in hæreditate: Vnde quamuis  
dominium feudi non sit hæreditarium, tamen  
7. constat venire in hæreditate etiam ea, & quæ  
hæreditaria non sunt, si tamen in hæreditate  
reperiantur, vt res depositæ, commodatae, &  
similes, l. non tantum in princip. ff. de petitio.  
hæredit.

Sed aduerte, quod prædicta declarantur se,  
8. secundum Bart. in d.l. si patroni, dummodo & non  
agatur aduersus filium, vel alium in inuestitu-  
ra comprehensum, & cum eadem opinione,  
quæ communis videtur transit Alex. vbi supra, &  
Ias. in prælud. feud. in 13. & 14. colum. Jacobin.  
in verb. Et cum pacto, quod de ipso feudo in 3.  
& 4. colum. Alex. cons. 91. col. 10. & 12. lib. 1. &  
cons. 18. col. 4. lib. 5. Vbi dicit, quod hæreditati-  
rium non dicitur corpus feudi, sed ipsum ius  
incorpore, quod habetur super feudo, sic e-  
nim & pro tanto datur petitio hæreditatis.

Et videtur quod hec limitatio Bar. videlicet  
dummodo non agatur contra eum, qui habet  
9. ius detinendi, procedat nedum & volente  
extraneo agere, sed etiam si persona in inuesti-  
tura comprehensa velit agere, ita quod debeat  
feodium possideri per non habentem ius, & sic  
Bart. in d. §. si liberi loquitur, quod esset agen-  
dum contra illum, qui non habet ius detinen-  
di, & in d.l. si patroni, dum vult extraneū agere  
posse, loquitur, quando esset agendum contra  
extraneum possesse.

Testes inducti ad probandum si falsi præ-  
tendantur, quomodo pars cogatur illos  
in iudicio repræsentare.

### Cap. CXLIII.

#### SVMMARIVM.

1. Testes inducti ad probandum, si prætendantur  
falsi debent à parte, ad cuius instantiam fue-  
runt examinati, in iudicio repræsentari, aliás  
Iudex eorum depositionibus nullam fidem ad-  
hibebit.
2. Amplia, vt non sufficiat, si pars afferat se non ba-  
bere potestatem repræsentandi testes, quando po-  
test mediante iudice testimoniū prouidere, & remo-  
nere impedimentum. & nu. 4.
3. Iudex unus potest per alium exequi facere sua  
mandata.

**C**ontingit s̄pēnumero, quod testes inducti  
ad probandum ex aduerso prætendantur  
falsi, & citati ad personaliter comparandum  
nolint comparere: Dubitat itaque, An pars  
teneatur illos repræsentare in iudicio. Et affir-  
matiū & est respondēdum, alioquin Iudex po-  
terit decernere eorum depositionibus nullam  
fidem esse adhibendam, vt per Capic. decis. 60.  
in fine, qui tamen nihil allegat; Sed ego addu-  
co Imol. in l. cum ab initio, in fine, ff. quemad.  
testam. aper. Vbi in testibus extra prouinciam  
dat cautellam, quod per indirectum iudex co-  
gat partem ad faciendum, quod illi cōpareant,  
nemp̄ denegando illi audientiam, quo ad te-  
stimoniū receptionem, si actor est: Et quamuis lo-  
quatur quando sunt examinandi testes exteris,  
tamen ratio sua militat etiam in alijs testibus,  
quos si pars non repræsentauerit, iudex nom-  
audiet eam, scilicet non adhibebit fidem testi-  
bus: Et hoc est, quod in simili dicit Alex. cons.  
3. colum. 1. lib. 2. dum in auctore, qui tenebatur  
edcre, & fuit iussus à iudice, vt ederet, si non  
edit, denegatur audientia. Et in terminis, quod  
vbi testes dicuntur falsi, pars teneatur iterum  
illos producere tenet Bald. in l. fin. col. fin. vers.  
quæro nunquid, C. de fide instrum. & in l. nulla,  
C. de testib. dum dicit, quod si iudex Perusinus  
commisit examen Iudici Florentino, & testes  
dicuntur falsi, quod iudex Perusinus cognoscit,  
& inquirit: Quomodo enim possit inquirere,  
& punire, si non præsentarentur iudici Perusi-

no? Ideò Bald. in d.l.fin.de fid. instrumento post Nicol. de Matarel. assignando rationem, quare testes, qui dicentur falsi, sint iterato producendi, dicit, quod in eis requiritur presentia, licet subdat etiam, quod contumacia non noceret. Et si aliud diceremus esset inuenire fraudem, examinandi testes extra Provinciam, qui nunquam possent puniri. Nec tamen sufficit si pars dicatur, se non habere facultatem, quia sicut habet facultatem, ut ex commissione Iudicis, iudex alius examinet, ita potest impetrare, quod iudex, qui examinat, & habet iurisdictionem in testes, cogat eos, & transmittat, ita dicit Andr. de Hennia in consti. In pecuniarijs, col. 1. vers. quod vero dicitur, facit tex. vbi Doct. omnes in l. à Dino Pio, §. 1. ff. de re iudic. Quod tamen unus iudex poterit per aliū exequi facere sua mandata. Ad idem tex. in cap. 1. §. contrahere, de foro compet. lib. 6. Cū igitur pars possit tamen mediante iudice testium prouidere, & remouere impedimentū, non suffragatur excusatio, quod non habeat facultatem, ita Bald. in l. quibus diebus in princ. & ibi Panl. de Castr. de condit. & demonstrat. & vide ibi Imq. qui propriè in testibus loquitur.

**Concessio in emphiteusim facta ab Ecclesia pro se, filijs, & nepotibus masculis in viginti nouem annos ad renouandum, cum hypotheca omnium bonorum, qm comprehendat nepotem ex filia fæmina, ex facto non ineleganter explicatum, Cap. CX LIII.**

S V M M A R I V M .

- 1 Empiteusis de sui natura transit etiam ad fæminas.
- 2 Nepotum appellatione, venit etiam nepos ex filia, quando fabreca materia non repugnat.
- 3 Matre exclusa, quando filius ex ea natus excludatur, & nu. 4. & 12.
- 5 Empiteusis concessa ad 29. annos, finita locacione, potest alteri concedi etiam cum noua qualitate.
- 6 Fallit, si adsit pactum renouandi, cum obligatione bonorum. Sed contrarium defenditur infra num. 17. & 18.
- 7 Clauſula, qua omnia, & singula promiserunt obseruare in contractu aucto, ad omnia refertur, & continet mutuam contrahentium obligacionem, seu ratificationem.
- 8 Hypotheca omnium bonorum in contractu emphiteotico apposita. quid operetur.
- 9 Empiteusis concessa pro filiis, & nepotibus masculis, agnationis fauore concessa censetur.
- 10 Masculi quando in aliqua dispositione vocantur, ratione agnationis conseruanda presumuntur vocati.
- 11 Agnatio per masculum ex fæmina non conservatur.

- 13 Filius non debet esse melioris conditionis, quam eius mater.
- 14 Contrabentes in dubio videntur se velle conformare cum dispositione statuti.
- 15 Masculi descendentes ex fæminis non dicuntur de linea, & agnatione.
- 16 Concessio in emphiteusim facta pro filiis, & nepotibus in 29. annos, finito dicto et tempore, etiam si supersint filii, vel nepotes, extinguitur, & dominium utile consolidatur cum directo.
- 17 Amplia, ut Praelatus, vel ecclesia non cogatur ad renouandum emphiteusim etiam proximioribus agnatis, licet in inuestitura ad sit pactum de renouando.
- 18 Pactum renouationis in 29. annos adiectum in contractu emphiteusis, intelligitur de prima renouatione, ad tollendam infinitatem.
- 19 Verba in contractibus praesertim obligatoria non egrediuntur personam, respectu cuius fuerunt prolati.

**E**X facto hæc quæstio decidenda proponebatur. Antonius accepit in emphiteusim quædam bona ab Ecclesia pro se filijs, & nepotibus masculis in viginti nouem annos ad renouandum, cum hypotheca omnium bonorum, adiecta in instrumento clausula, (quæ omnia, & singula promiserunt obseruare, &c.) Postea deceſſit Antonius reliquo filio masculo, & una filia fæmina: Filius masculus tanquam in ipsa inuestitura compræhensus successit, deinde obiit reliquo Iacobo filio masculo, & sic nepote dicti Antonij, qui pariter in dictis bonis emphiteoticis tanquam compræhensus successit. Postea filia fæmina dicti Antonij, quæ iam nupta fuerat obiit reliquo Cornelio filio masculo; Et dictus Iacobus nepos Antonij ultimo loco in inuestitura compræhensus de dictis bonis emphiteoticis renouatus fuit pro se, filijs, & nepotibus masculis ex recta linea descendantibus, & in defectum eorum pro uno hærede extraneo per eum nominando in eius testamento, qui ab ecclesia inuestitram accipere deberet. Demum dictus Iacobus sine filijs, & nepotibus deceſſit instituto hærede Ioanne eius consanguineo, qui pariter fuit inuestitus in dictis bonis: Verum quia Cornelius filius ex filia fæmina Antonij prætendebat dictum Ioannem ab huiusmodi bonis excludere, fuit dubitatum, An iure hoc prætendere posset.

Et pro eius parte adducebatur, quod inuestitura accepta ab eius anno materno pro se, filijs, & nepotibus masculis, videbatur comprehendere dictum Cornelium, qui propriè erat nepos, videlicet filius filiæ, & masculus, Vnde cum in eo verificarentur omnes qualitates requisitæ in inuestitura, videbatur renouandus excluso Ioanne, Roland. consilio 63. numero secundo, lib. 3. Praesertim cum essemus in emphiteusi, quæ tamen de sui natura træsit etiam ad fæminas, Alex. in l. quod dicitur, numero 24. de verbis obligatio. Iaf. in l. 2. numero 194.

C. de

C de iure emphit. & sic intrare videbatur illa conclusio, quod tibi fit mentio de nepotibus masculis, venit etiam nepos ex filia, quando subiecta materia non repugnat, Brun. consilio 10.colum.2. in princ. vers. Secunda ratio, tibi quod ita multi consuluerunt, & in specie tradit Curt.iun.consilio 1.numero 14.vers.Sexto, Bero consilio 77. numero 11. lib.2. Socin.iun. consil. 2.numero 11. & cons. 69.numero 21.lib.2. Corn.consilio 246.colum.fi.libro 2. Ruin.consilio 49.numero 2. & sequen. libro 1. Bertran. consilio 319.numero quarto, part.prima, libro 4. & isti infinitos alios allegant, adeo quod ista videtur communis opinio, quam etiam tenuit Rota in vna Cauallicen. de Thoro, 30. Aprilis 1571. coram Ioan. Baptista de Rubeis tunc Decano.

Et tanto magis hoc videbatur dicendum, quia dictus Cornelius non veniebat ex persona matris, nec tanquam intrans in locum, & gradum filiae, sed veniebat ex persona propria, quia non agebatur tunc de successione ab intestato, sed de dispositione contrahentium adimplenda, ex qua volebant nepotes admitti: Et ideo non videbatur intrare ratio desumpta ex l. si viua matre, C. de bon. mater. quod exclusa filia, debet etiam excludi nepos, qui non debet esse melioris conditionis, quia hoc procedit, quando tibi nepos venit ex persona matris, vel quando extarent nepotes ex linea masculina, quorum contemplatione mater excluditur, quia tunc est eadem ratio in utroque, sicut & in casu d. l. si viua matre, vt declarat Bart.in l.liberorum, ff. de verb. signific. 4 Sed cessante tibi fauore praedictorum, vt quia desierint extare, tunc nepos ex filia non excluditur, si filia fuit prius de medio sublata, si cut fuerat in casu præmisso, quia ratio, quæ matrem excludebat dum vixit, cessaat in nepote viente, vt sentit Bart. in loco præallegato, & bene declarat Ruin. consil. 120. per totum, & præsertim nu. 15.lib. 1.

Præterea ex alio etiam dictus Cornelius videbatur admittendus, quia licet Antonius eius auus maternus esset inuestitus ad viginti nouem annos, quo casu tibi finita locatione poterat alter inuestiri etiam cum noua qualitate, Oldrad.consilio 178.numero primo, in fine, Paris.consilio 21.numero 58. lib.1. tamen hoc non videbatur procedere in dicto casu, tibi Antonius non erat simpliciter inuestitus ad vigininouem annos, sed cum pacto tibi renouandi, & hypotheca omnium bonorum, quæ hypotheca videbatur respicere etiam pactum, propter clausulam, tibi quæ omnia, & singula, &c. quæ ad omnia videbatur referri, & contineare mutuam contrahentium obligationem, seu rationem, Specul.in tit. de emptio. & venditio.numero 16. Aretin.in l.Titia. idem respondit, numero 15. in fine, de verb. obligatio. Vnde cum esset quæsumum ius reale omnibus compræhensis, & consequenter dicto Cornelio, adeo ut Ecclesia teneretur illum renouare,

nō valebat inuestitura facta ad fauorem Ioannis, cui Cornelius erat præferredus tibi propter dictam hypothecam Paul.de Castr.consil. 335. in fine, libro primo, Crauet.consilio 201.nu.3. in fine, & consilio 261.numero 5. Guid.Pap.decisi. 569.num. 2. Ruin.consilio 168. num. 22. & 24.libro 1. qui bene respondebat ad consil. Angel. quod solet in contrarium allegari; Et facit Cephal.consilio 41. numero 19. libro primo, Socin.iun.consilio 129.numero 11.libro secundo. Tibi, quod sufficit hypotheca generalis, sicut dicimus in terminis, l. quotiens, C.de rei vindicatio. vt primus semper præferratur stante hypotheca.

Sed promissis non obstantibus contrarium esse verius respondi, & ita quoque fuit resolutum: Quia cum inuestitura diceret expressè pro filiis, & nepotibus masculis, manifestè colligebatur contrahentes tibi habuisse animum conseruandi emphiteusim in agnatione, vt declarat Corn.in l.1. sub numero 21. versic. præterea, ibi, masculis,&c. C.de conditio.insert. Tiraq.post Rub.in tract. de primogenit. quæst. 13.numero 8. in fine, qui loquuntur in concessione emphiteusis, nam hæc est semper regula, quod quotiescumque in aliqua tibi dispositione vocantur masculi ea ratione cœlantur vocati, vt bona conseruentur in famiglia, & ratione agnationis conseruandæ, §.cæterum, & §.media, Instit.de legit.agnat. succel. cum pluribus alijs cumulatis per Decian.consilio 28. numero 38.libro 3. quæ tibi agnatio non conseruantur per masculum ex feminâ. Et ideo sicut filia Antonij ea ratione excludebatur ab emphiteusi, multò magis tibi excludebatur ipse Cornelius descendens ab ea, licet esset masculus, Speculat.in tit. de emphit. §.nunc aliqua, nu. 146. & 163. Iul. Clar. in §. emphiteusis, quæst. 36. vers.pone ergo, quod quis acceperit, &c. Tiraquel.in dicto tract. de primogenit. quæst. 13. numero 8.Ias. post Paul. de Castr. & Alexan.in l.Gallus, §.nunc de lege Velleia, in prima lect. numero 16. cum sequen. ff. de lib. & posthum. vbi Claud.Seisel sub numero 13.communem appellat, & tradit Ripa in l.ex facto, §.fin. numero 8. ff. ad Trebel. Mathesil. in singul. 130. Alex. consilio 56. colum.fin. vers. Quarto per hoc adducitur, libro quinto, Aym.consilio 22. numero 10. Ruin. consilio 18. numero 5.lib. 3. Grat.consilio 54.numero 19.lib. 2. & consil. 120. sub numero 10.ad fin.cum sequen.eod.libro, & ita terminis nostris consuluit Bero. consil. 105. sub numero quarto, libro primo. Et ratio est, quia proueniebat ex radice infecta, & non compræhensa, & non dicebatur de descenditibus nisi medio matris, quod quidem medium erat impertinens, & filius tibi non debet esse melioris conditionis, quam eius mater Bald. in l. 1.num. 2. cum sequen. ff. de senatorib. Paul. de Castr.consilio 421.num. 2. in prima parte, Dec. consil. 45. ad fin.Bero.d.consil. 105. sub numero 4. libro 1.

Et tanto magis praedita procedebant, quia

statutum loci; vbi bona erant sita, disponebat, quod masculi descendentes ex feminis excluderentur per masculos descendentes ex linea masculina, quo casu contrahentes videbantur se + voluisse conformare cum dispositione dicti statuti, & sic sensisse de nepotibus, qui per masculum descenderent, ut in terminis ex doctrina Bart. & aliorum tradit Ruin. d. consilio 120. numero 3. libro primo; Quod etiam clare apparebat in fine inuestiture, quia finita linea in concessione comprehensa, vocabantur proximiores in gradu, quæ verba (finita linea) non poterant referri ad masculos descendentes ex feminis, tūm quia non dicuntur + de linea, & agnatione, l. pronunciatio in fin. ff. de verbis significat. Socin. consil. 227. colum. 7. & 8. lib. 2. Paris. conf. 35. colum. 1. & 2. & consil. 47. num. 50. lib. 1. Aym. conf. 67. numero 3. Tum etiam quia linea in concessione comprehensa erat restricta ad masculinam, & sic ad nepotes tantum descendentes à masculis.

Præterea dato etiam quod alias in hac materia veniret nepos ex femina, dicebam tamen, quod cum inuestitura sancta Antonio non esset perpetua, sed temporalis ad 29. annos, & durante dicto tempore Cornelius nunquam fuisset in rerum natura, & semper extirpisset nepotes ex linea masculina, non poterat dictus Cornelius dici comprehensus durante illo tempore 29. annorum, nec minus finito illo tempore, tum quia supererat nepos ex masculo, cui fuerat facta renouatio, tum etiam quia post illud tempus concessio, & omne ius, quod sibi in futurum potuisset competere, fuerat finitum, & extinctum, vt post alios per Rnini. consilio 167. numero 12. libro 1. Nam,

16 concessio, + pro se, filijs, & nepotibus erat intelligenda durantibus dictis 29. annis, alias illis elapſis nihil faciebat, quod supererent filij, vel nepotes, vel alia persona in inuestitura nominata, quia concessio dicebatur finita, & dominium utile applicabatur Ecclesiæ, Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua, numero 172. Riminal. sen. consilio 485. numero secundo, cum alijs per Corbul. in tract. de can. ex quibus emphit. iure suo priu. in tit. de priuat. ob temp. finit. numero 9. & sequen. Et eo casu Prælatus, non + poterat cogi ad renouandam emphiteusim etiam proximiioribus agnatis, licet in inuestitura adesset pactum de renouando, ut in terminis tradit Angel. consilio 184. numero 2. vers. vnde concludo, Alexan. consilio 165. numero 7. libro 2. Bero. consilio 116. numero 17. & consilio 119. numero 10. libro primo. Et quamvis Soc. consilio 99. numero 7. libro primo, quem sequitur Riminald. iun. consil. 94. numero 29. & sequen. videantur contrarium tenere, tamen priorem opinionem sequuta fuit Rota in causa Rauen-naten. bonorum 20. Novembris 1587. coram Cardinale Matica, & rursus in Cesennaten. 20. Maij 1588. coram Bubalo.

Nec obſtare dicebam, quod dicta inuestitura non esset temporalis, sed perpetua; quia nec in promiſſione renouandi de 29. annis in 39. annos, nec in ipsa inuestitura aderant aliqua verba perpetuitatem importantia, Sed simpliciter Antonius conduxerat titulo renouationis in 29. annos ad renouandum, quo 18 casu verba erant intelligenda de + prima renouatione ad tollēdam infinitatem iuxta tradita per Alex. consilio 16. numero 9. libro 4. Felin. in cap. 2. sub nu. 5. vers. statutum, quod si locator, de treg. & pace, cum alijs per Tiraq. in I. boues, §. hoc sermone num. 121. Et ideo per primam renouationem factam Iacobo nepoti ex filio masculo extincta fuerat obligatio ad renouandum, Iaf. in I. diuortio, §. quod in anno, nu. 22. ff. solut. matrim. & consil. 36. num. 23. libro 3.

Simili quoque modo cefſabat aliud motiuum, quod in inuestitura aderet hypotheca, quia apposita erat tantum ex parte inuestitorum, non etiam ex parte Prælati, seu Ecclesiæ, quia ut ex lectura instrumenti apparebat, ipſe Prælatus nihil promiserat, sed ſemper verba ſiebant in persona conductorum, qui promiferant omnia, & singula adimplere, ſub hypotheca omnium ſuorum bonorum, ſubmittentes ſe, & iura ſua, &c. quæ clauſula non poterat adaptari ad Prælatum, tum quia non erat veriſimile, quod ſubmiſerit ſe, & bona ſua laicis inuestitis, tum etiam quia obligaſſet bona monaſterij, & non ſua, quæ non habebat; Cum igitur clare appareret verba fuiffe prolata respectu conductorum promittētiū non debebant extendi ad Abbatem, seu Prælatum, respectu + cuius non fuerant prolata ad tradita per Dec. in c. ſi pro debilitate, sub nu. 3. de offic. delegati.

Pupillo non petenti, quando curator ad litem detur, & nunquid in Vrbe tutor ei dari poſſit, ſi aliunde originem trahat, vel alibi bona poſſideat.

Cap. CXLV.

### S V M M A R I V M .

- 1 Curator ad litem non datur pupillo non petenti, quando lis est cum tute.
- 2 Item non datur pupillo habenti tutorem praesentem.
- 3 Datur pupillo etiam non petenti, quando lis est cum alio, quam cum tute.
- 4 Tutor deputatur in loco, ubi pupillus bona poſſidet, vel unde originem trahit.
- 5 Dari poſſet pupillo in Vrbe quamvis alibi natuſit, vel bona poſſideat.
- 6 Roma eſt patria communis.
- 7 Punit omnes delinquentes, etiam ſi aliunde nati ſint, & alibi deliquerint.

8 Tutoris *datio est actus voluntarie iurisdictionis.*

9 *Tutor habenti tutorem dari non potest.*

**I**N illo articulo, an *curator ad litem pupillo non petenti dari possit*, sic distingue. Aut *pupillus habet litem cum tutori*, & *tunc hoc casu pupillo non petenti curator non datur*, & *in his terminis intelligi debent not. per Bart. in l. qui habet, §. si pupillus, ff. de iure iuran.* Aut *lis non est cum tutori*, *sed cum alio*, & *tunc si pupillus t̄ habeat tutorem praesentem*, ei *curator ad litem dari nou potest*, *per text. in l. curatorem, ff. de tutor. & curat. datis ab his, &c.* Si vero *tutorem praesentem non habeat*, & *hoc casu Iudex tenetur t̄ ad petitio-* *nem partis aduersae mandare pupillo maiori infante*, *vt veniat ad petendum curatorem*, *ad litem*, qui si *comparuerit Iudex debet pupillo illum*, quem ipse *petierit dare*; *Pupillo autem non comparente*, *aut negligente pette-* *re, Iudex ex officio dabit illi curatorem ad litem*, *iuxta formam l. prima vbi Salicet. C.* qui pet. *tutor. Hanc distinctionem approbat Misinger. singularium obser. centur. secunda obser. trigesimaprima*, & *clarius Afllict. decis. 256.*

Sed dubitatio exoritur, An *pupillo in Vrbe tutor dari possit*, si *alibi bona possideat*, *vel aliunde trahat originem?* Ego habui hanc questionem in facto: Et respondi affirmati-  
4 uè. Nam licet regulariter tutores deputen-  
5 tur in loco originis, *vel vbi bona existunt*, l. prima, C. vbi pet. tut. Nihilominus si dentur  
5 in t̄ Vrbe, valet eorum *datio*, Salicet. in di-  
cta l. prima, numero tertio, versiculo, quæro de  
questione ista. Et quamvis ipse videatur de  
hoc dubitare, tamen ratio per eum adducta  
bene concludit: Nam cum tex. mandet, quod  
detur tutor in loco originis, sequitur, quod  
6 possit dari Romæ, quæ est t̄ patria commu-  
nis, *vt ibi per eum*, & est text. in l. Roma, vbi  
Bart. & glos. ff. ad municip. Pro quo facit, quia  
7 Roma t̄ nunquam remittit delinquentes ad  
alium locum, sed ibi, tanquam in propria pa-  
tria puniuntur, licet alibi deliquerint, vel al-  
iunde originem trahant, Oldrad. consil. 124.  
Boer. decis. 24. Boss. in tract. crimin. titul. de  
foro competen. numero 75. Clar. in §. fin. quæ-  
flio. 36. versiculo, scias, Decian. in tract. crimin.  
libro quarto, capitulo 19. numero 11. Multò  
igitur magis potest ibi expediri actus iste, cùm  
8 sit t̄ voluntariæ iurisdictionis l. 2. ff. de offic.  
proconsil. emancipari, in princ. ff. de adopt.  
Aym. consilio 325. columna quarta, sub numero  
3. versic. nec mirum. Vnde sequitur, quod  
pupillo habenti tutorem sibi in Vrbe constitu-  
9 tum, non possit t̄ alius tutor dari in partibus,  
l. tutor, ff. de tut. vel curat. l. fororis, C. qui dari  
tut. vel curat. possint.

Pactum inæqualitatis inter socios quo-  
modo sustineatur, ex facto declara-  
tum. Cap. CXLVI.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Pactum inæqualitatis in societate, videlicet, quod unus plus habeat altero, valet, si plus contulerit pecunia, vel opere.*
- 2 *Non valet, quamvis sit æqualitas in lucro, quando inæqualitas prouenit ex eo, quod plus unus contulerit, quam alius, reprobata opinione Cornei.*
- 3 *Facta regulariter plus quam verba attenduntur.*
- 4 *In societate omnium bonorum non attenditur, quod unus socius habeat plura bona, quam aliis, ad effectum, ut lucrum æqualiter diuidatur.*
- 5 *Contractus innominatus regulatur secundum naturam eius contractus, cui magis assimilatur.*

**I**N contractu societatis fuerat adiectum pa-  
tētū, per quod unus socius plus altero con-  
sequebatur. Dicebam huiusmodi pactum fui-  
se illicitum; Quia eatenus valet t̄ pactū inæ-  
quale inter socios, videlicet quod unus plus  
habeat altero, si modo aliquid plus contulerit  
in societate pecunia, vel opere ut est tex. in l. fi  
non fuerit, in princ. ff. pro soc. prout illū intel-  
ligit glos. ibi, & communiter Doctores, & com-  
munē \* asserit Soc. conf. 265. nu. 9. lib. 2. Nā vt  
inquit Curt. iun. in l. si pascenda, sub n. 2. C. de  
pact. cū ille tex. loquatur limitatiuè, si modò,  
&c. offendit manifestè, quod est neceſſe, ad hoc  
vt pactum inæqualitatis in societate valeat, &  
is, qui plus consequi debet, plus etiam contu-  
lerit, vt ibi per eum, quod tamen in d. contra-  
ctu obseruatum non fuerat.

Nec aliquid faciebat, quod æqualiter lu-  
crum inter socios diuidi deberet, & solū inæ-  
qualitas posset considerari ex eo, quod plus  
videretur contulisse unus, quam alius, quo cā-  
su pactū huiusmodi non esse inualidum voluit  
Corn. conf. 187. colum. 3. post med. lib. 3. Aym.  
conf. 173. Quia huic potissimum fundamento  
2 respondebam, quod t̄ conf. Corn. expresse re-  
probatur à Purpurat. in d. l. si pascenda, sub n.  
31. & seq. C. de pact. & per Couar. lib. 3. var. re-  
solu. c. 2. vers. Tertiò ex hoc dubium redditur.  
Fundamentum enim Corn. est super cōf. Bart.  
incip. ex facto proponitur, qui volebat secun-  
dum opinionem Ioa. quod pactum iniustum, &  
inæquale in societate valeret, & solum repro-  
baretur, quādo contineret, quod diuisio debe-  
ret fieri inæqualiter: Hoc autem ut bene dicit  
Couar. videtur quid verbale: Nam quæ diffe-  
rentia considerari potest, quando ex facto  
pactum redditur inæquale, vel quando ex  
3 verbis, cum regulariter t̄ plus facta, quam  
verba attendi debeant, vt per Aym. confil. 204.  
numero 11. Ex quo ergo, vbi plus unus con-

tulit societati , quam alter diuisio lucri & qualis factio ipso continet inaequalitatem , cum plus lucri consequatur , qui minus contulit in societate , debet haberi respectus ad id , quod in ea collatum est , ut in d.l. si non fuerit ; Et consequenter distinctio Corn. tanquam verbalis non debet attendi , sed id quod dicunt Purpurat. & Couar. qui contrarium expresse concludunt .

rii, ibidem, numero 2. 3. & sequentibus. Vbi  
explicatur quando comparatio faciat plenam  
probationem.
- Recognitio in scriptura, seu transumpto anti-  
quuo non requiritur, vel ex stylo Rota suf-  
ficit recognitio facta etiam inter alias per-  
sonas, ibidem numero 6. & libro 2. cap. 68.  
numero 3.
- Item in recognitione protocolli non requiritur,  
quod manus notary recognoscatur per testes, qui  
viderint scribere, ibid. nu. 2.
- 2 Rector parochialis Ecclesie habet intentionem  
fundatam de iure communii super omnibus obue-  
nientibus spiritualibus contingentibus intra limi-  
tes suae parochie, cap. 42. nu. 6.
- Potest deputare laicos, ut nomine suo oblationes,  
& dona percipiant, & custodiant, dummodo illa  
non percipiant de altari, ibid. nu. 11.
- 2 Non tenetur probare decimas sibi competere, sed  
onus huius probationis incumbit contrarii as-  
serenti, & ius commune contra se habenti, cap.  
21. num. 14.
- 2 Uli solo decima, primitia, & oblationes debentur,
- non autem alijs clericis in ecclesia seruientibus,  
quamuis consuetudo vigeat in contrarium, cap.  
54. nu. 3. & 4.
- 2 Rector parochialis, ut iura parochiae consequa-  
tur, sufficit, quod per eum non sit, quin mini-  
stret ecclesiastica sacramenta, capitulo 95.  
numero 4.
- 1 Eius culpa, & negligenter in administrando  
sacramenta parochianis, qui ea de causa cogan-  
tur accedere ad alia loca, non mutat statum ec-  
clesia, ibid. nu. 6.
- Rector parochialis ecclesie habet ius sepeliendi  
omnes intra parochiam degentes, etiam si sint  
exteri. & forenses non habentes hospicium in ci-  
uitate, ibid. nu. 9.
- Idem est de viatoribus transiuntibus, nec haben-  
tibus hospicium in ciuitate, dummodo intra fines  
parochiae moriantur, reiecta opinione glos. &  
aliorum nonnullorum, ibid. nu. 10.
- Rector parochialis debet habere decimam fru-  
ctuum qui licite acquiruntur, & colliguntur  
intra fines parochiae absque diminutione, aut  
detractio ne quamvis praedium decimatorum du-  
plicem fructum afferrat in anno, ibidem nume-  
ro 13. & 14.
- Item quamvis praedium euertatur, & reducatur  
ad nouam speciem fructum, ibid. nu. 15.
- Rector ecclesie exigens decimam solum de qua-  
dam specie fructuum, ut puta grani, vel olei non  
amittit ius, & possessionem respectu decimae a-  
liorum fructuum, immo talie possessio ei conser-  
uatur etiam respectu fructuum, qui subrogantur  
in locu eorum, qui ex prædio decimali prius  
colligebantur, ibid. nu. 17.
- Rector ecclesie potest agere contra Dominum, vel  
possessorem etiam pro annis præteritis, quibus  
decima soluta non fuit, ibid. nu. 18.
- Non debet habere decimam animalium, nisi  
quando amplius non indigent lacte, & talis de-  
cima distribuenda est pro virili, si animalia  
pro parte anni morentur in parochia Domini  
sui, & partim in aliena, nisi consuetudo aliud  
in contrarium disponat, ibid. nu. 20. & 21.
- Rectori ecclesie decima de fructibus subrogatis in  
locum illorum, qui prius colligebantur, & quo-  
rum decima solui solebat, non debetur, quando  
decima fructum, qui prius colligebantur erat  
debita ratione præscriptionis, nisi etiam respectu  
subrogatorum de sufficienti præscriptione do-  
centur, ibid. nu. 27.
- 2 Rector potest facere compositionem super modo  
soluendi decimam sua ecclesia, & talis compo-  
sitione durat solum eo viuente, nisi a Papa fuerit con-  
firmata, cap. 95. nu. 31.
- Non potest facere compositionem diminutuam  
quantitatis cum laicis sine consensu Papa, ibi-  
dem nu. 32.
- Rector ecclesie potest prohibere possessoribus agro-  
rum ne fructus percipiant, nisi eo, vel eius pro-  
curatore vocato, ibid. nu. 33.
- Item in uito Domino, vel possessore prædicto potest  
apponere custodem, qui fructus custodiat, ibid.  
num. 34.

# I N D E X.

- 1 Reductio priuilegij, seu alterius concessionis ad viam iuris non facta derogatione regula de iure quaestio non tollendo, non valet, cap. 23. nu. 1.
- Reductio ad viam iuris non est favorabilis, quando alteri ius quasitum tollitur, ibid. nu. 3.
- Item non operatur contra priuilegium impetratum ex causa onerosa, ibid. nu. 4.
- Reductio statuti ad viam iuris communis a statutibus facta non valet, quando in confirmatione adest clausula decreti irritantis, ibidem numero 7.
- 2 Refutans feudum in favorem vnius ex fratribus si refutatio non sit omnimoda, & realis, deficiente linea illius, cui facta est refutatio, semper succedit, etiam si per modum renunciationis refutatio sit facta, & in divisione ad sit promissio de evictione, & renuntiatio omnis iuris, quod habet renuncians, vel habere sperat, cap. 59. nu. 2. 3. 6. & 12.
- 3 Refutans feudum ad illud amplius non admittitur, si refutatio fuit limitata, & is, cui facta est de feudo disponuerit, cap. 59. nu. 7.
- Item non admittitur, si feudum fuit refutatum in manibus Domini, & Dominus inuestiuerit alium tanquam de feudo nouo, ibid. nu. 8.
- Item non admittitur, quando refutatio fuit facta pura, & libere, quia censetur omnimoda & realis, ibid. nu. 9.
- 4 Refutatio feudi quando dicatur realis, & quando personalis, cap. 59. nu. 10.
- 5 Refutatio feudi censetur facta tantum in favorem illorum, qui sunt expressi, cap. 59. nu. 14.
- 6 Quando est personalis non excludit successionem aliorum in iurisstituta comprehenforum, in euentum quod ille, cui feendum in divisione obtigit, moriatur sine filiis, cap. 59. nu. 16.
- 7 Regens Cancellariae non potest limitare signaturam Papae, cap. 98. nu. 3.
- 8 Regressus ad beneficium habet causam de praeterito, & datur secundum Rotam etiam literis non expeditis, cap. 71. nn. 1. & 15.
- Regressus non est acquisitione novi tituli, sed antiqua continuatio, ibid. nu. 3.
- Regressus non comprehenditur sub concordatis Germaniae, nec sub Indultis Cardinalium, ib. n. 4.
- Regressus dicitur, ubicumque gratia habet causam de praeterito, licet in literis dicatur tantum accessus, ibid. nu. 7.
- 9 Regula 1. Imperator, de postul. quod prohibitum ad tempus censeatur permisum post tempus, declaratur, cap. 4. nu. 2.
- 10 Regula, quo a qui non admittitur ad legitimam non facit partem in ipsa legitima, declaratur, cap. 10. nu. 19.
- 11 Regula, quod generi per speciem derogatur, non procedit, quando genus, & species non concurrunt super evde iure, sed super diuerso, c. 30. n. 18.
- 12 Regula 1. cum proponas la 2. C. de past. quod frangenti fidem fides frangatur eidem, quomodo intelligatur, cap. 89. nu. 10.
- 13 Regula, quod actori sufficiat fundare intentionem suam, nec teneatur probare reo acceptionem non competere, non procedit quando impetrans gra-
- tiam id narravit, nam ex vi narrativa affirmatur ad probandum, cap. 1. nu. 16.
- 14 Regulam babens pro se cum qualitate, debet qualitatem illius probare, cap. 73. nu. 6.
- 15 Regula prohibitiua potius attenditur, quam permissionea, cap. 73. nu. 8.
- 16 Regula Cancellariae 36. prohibens appellationes ante diffinitiuvam sententiam, illasque una cum commissionibus, & omnibus inde sequutis annulans, secundum opinionem Rotae procedit in casu simplici appellationis, non autem quando per clausulam (quam & quas) non solum causa appellationis, sed etiam negotiis principalis commititur, cap. 20. nu. 7.
- 17 Regula Cancellariae habent locum etiam in beneficiis iurispatronatus, cap. 53. nu. 6.
- 18 Regula Cancellariae propter decretum irritans inficiunt retrogesta, quandocumque producantur, cap. 39. nu. 8.
- 19 Regula Cancellariae ligant ante publicationem, non ex sola clausula ex nunc, sed quia habent clausulam retroactuam, ex nunc in crastinum assumptionis sue, &c. cap. 39. nu. 30.
- 20 Regula Cancellariae post publicationem faciat in curia ubique afficiunt, cap. 39. nu. 39.
- 21 Regulis Cancellariae non intelligitur derogatum per clausulam generalem non obstantibus constitutionibus, &c. nisi de illis fiat mentio specialis, cap. 40. nu. 16.
- Item nec illis derogatum censetur per derogationem generali regularum Cancellariae, nisi quatenus perimunt ipso iure gratiam, cuius favore facta fuit derogatio, secus si non perimunt ortum ipsius gratiae sed ea differrant, & suspendant donec aliquid factum sit, ibid. nu. 17.
- 22 Regulis Cancellariae etiam speciale mentionem requirentibus derogatum censetur per derogatoriam generali dictarum regularum cum clausula quorum tenores, cap. 40. nu. 19.
- 23 Regula de triennali est mere personalis, nec ad successores eius priuilegium transfortur, c. 41. n. 33.
- 24 Regula de triennali non prodest habente titulum infectum, cap. 94. nu. 36. Item neque illi, qui inititur collationi nulla, & Papa rescrivat, ibidem num. 33.
- 25 Regula Cancellariae 21. prohibet non solum prouisiones beneficiorum, que obtinebant promoti ante promotionem, sed etiam resignaciones, cap. 94. nu. 57. & 60.
- 26 Regula Cancellariae de mense habet locum in omnibus beneficiis, cap. 53. nu. 1.
- Item comprehendit beneficia, que dantur in titulum, & sunt in Ecclesia numerata, etiam quod sint patrimonialia, ibid. nu. 3.
- Item regula de mense fortius operatur, quam in d. l. Cardinalium, ibid. nu. 5.
- 27 Regula de annali loquitur quando fit impetratio de beneficio ab alio per annum possesto, cap. 56. num. 2.
- 28 Regula Cancellariae prohibens iudicari iuxta formam supplicationis etiam in possessorio non habet locum in possessorio retinenda, capitulo 1. numero 47.

# I N D E X.

- Habet locum etiam quo ad beneficia , quæ familiariis decedens obtinebat ante mortem Cardinalis defuncti , item quo ad acquista durante familiaritate prioris Cardinalis , ibid. nu. 13.**
- Item requirit consensum Cardinalis per extensio-  
nem factam in Cancellaria , vel Camera , ibid.  
num. 14.**
- Non requirit probationem familiaritatis conti-  
nuatae per quatuor menses , quidquid sit quo ad  
effectum regulæ , 32. ibid. nu. 15.**
- Eius reseruatio fuit inducta etiam in gratiam  
Cardinalium , ibid. nu. 19. & 22.**
- Item eius reseruatio non cessat , quamuis cessa-  
familiaritas per mortem Cardinalis , reiecta opi-  
nione Geminiani , & Fastoli , ibid. nu. 20.**
- Non comprehendit beneficia ad collationem Car-  
dinalium Episcoporum spectantia , ibidem num.  
23. & 24.**
- Reintegratio ad ius extinctum , & sublatum da-  
ri non potest , sed tantum ad ius elatum , & di-  
minutum , quando durat in essentia , licet cessa-  
eius effectus , cap. 23. nu. 11. & 12.**
- Relapsus de iure non potest admitti ad secundam  
abiurationem , nec panam mortis euadere , cap.  
83. nu. 15.**
- Relapsus , quamvis gratiam vitae obtinuerit , non  
tamen intelligitur ad bona pristina restitutus ,  
ibid. nu. 16.**
- Relatio facienda per peritos non requirit partis  
citationem , cap. 70. nu. 4.**
- Item potest fieri die feriata , ibid. nu. 5.**
- Religiosus potest esse in iudicio pro se , & litis con-  
sortibus , cap. 92. nu. 7.**
- Item equiparatur potius militi , quam seruo , ibi-  
dem nu. 8.**
- Amplia ut iudicium agitatum a regulari , seu re-  
ligioso constituto procuratore etiam sine licentia  
superioris , sufficit , quando non fuit opposi-  
tum , ibid. nu. 6. & seq.**
- Religiosus , seu regularis non exemptus puniri  
debet ab Episcopo , non aut. m a Prælato sui ordi-  
nis , quando agitur de causa criminali contra eum  
in figura iudicij , & de delictis communibus ex-  
tra casus comprehensos in regula , ut est furtum ,  
homicidium & similia , cap. 35. nu. 125.**
- Item religiosus exemptus delinquens extra locum  
exemptum potest ab Ordinario puniri non ob-  
stante exemptione , ibid. nu. 126.**
- Religiosus delinquens contra regulam Prælati sui ,  
& capitali disciplinam , si ab eo corrigatur non  
potest appellare , ibid. nu. 130.**
- Item non potest accusare sine licentia superioris ,  
ibid. nu. 139.**
- Tenetur obedire Prælato suo magis , quam Episco-  
po in his , quæ concernunt obseruantiam regulæ ,  
sed ubi agitur de cura animalium ab Episcopo  
suscepta , & de causis judicialibus , Episcopo ma-  
gis , quam Prælato suo tenetur obedire , ibidem  
num. 134.**
- Relocatio ab Ecclesia proximioribus fieri debet ,  
etiam si locatio precedens fuerit declarata nulla ,  
& inutilia ob defectum solemnitatum , &  
quare , cap. 3. nu. 9.**
- 1 Remedium recuperanda potest intentari omiso  
remedio retinende , cap. 38. nu. 2.**
- 2 Remedium canonis reintegranda 3. q. 1. prescri-  
ptione tollitur , quemadmodum ceteræ actiones  
privilegiatae , secundum magis communem ,  
veriorem opinionem , cap. 67. nu. 50.**
- Declarata ut dicto remedio spatio 30. vel 40. anno-  
rum prescribatur tantum , quando spolium est  
simplex proueniens ex probatione duorum ex-  
tremorum , secus quando spoliator a principio  
fuit dolosus , vel violentus , ibid. nu. 57. & 58.**
- 2 Remedium saluiani interdicti assumit naturam  
iudicij , & causa super qua agitur , capitul. 117.  
num. 26.**
- 2 Remedium Saluiani interdicti , an & quando  
concedatur , vide in verbo , Interdictum Salua-  
num .**
- 2 Remedium spoliij , item manutentionis datur con-  
tra illum , qui alienam possessionem inuidit , cap.  
64. num. 3.**
- 2 Remissio iuris realis , quod quis habet in feudo  
sieri potest sine Domini consensu , cap. 91. nu. 2.**
- 1 Renovatio emphiteusis , quando proximicribus a-  
gnatis sit facienda , & quis in hac materia pro-  
ximior dicatur , & an veniat proximior per re-  
presentationem , cap. 3. per totum .**
- 1 Renovatio feudi licet diffirat a prima inuesti-  
tura , nihilominus debet attendi tenor primæ ,  
quando expresse fuit dictu , quod renovat secun-  
dum tenorem antiquæ inuestiturae , cap. 26. n. 13.**
- Renovatio feudi non potest fieri in preiudicium  
comprehensorum in prima inuestitura , quando  
viuunt illi , qui sunt de comprehensis in illa , se-  
cusi si non assint de comprehensis , ibid. nu. 14.**
- 1 Renunciatio exceptionis non numeratae doitis idem  
operatur , ac si lapsum esset tempus opponendi de  
non numerata dote , cap. 8. nu. 21.**
- 1 Renunciatio expressa non trahitur ad ignorata ,  
cap. 41. nu. 87.**
- 1 Representatio presente principali non attendi-  
tur , cap. 69. nu. 25.**
- 1 Rebus Ecclesia eatenus quisque uti debet , quate-  
nus ipsa ecclesia ei tribuere vult , cap. 3. nu. 15.**
- 1 Rem litigiosam emens post trinam sententia con-  
formem contra venditorem latam non auditur  
nisi parito rei iudicata , cap. 86. nu. 59.**
- 1 Rerum pluralitas de facili non presumitur , cap.  
12. num. 44.**
- Præsumitur contra illum , qui identitatem proba-  
re tenetur , ibid. nu. 2.**
- 1 De re communi disponens censetur tantum de sua  
portione disponere , cap. 72. nu. 3.**
- 1 Res Domino perire debet , cap. 7. nu. 8.**
- 1 Res non privilegiata ad privilegium perue-  
niens assumit naturam , & privilegium illius ,  
cap. 77. nu. 6.**
- 1 Res qualibet sui origine libera presumitur , &  
seruitus est contrario non habet causam natu-  
ralem , sed aut impositiū , aut prescriptam ,  
cap. 85. nu. 4. & 14.**
- 2 Res censetur vendita cum suis seruitutibus eo  
modo quo repertiebatur apud venditorem preser-  
tim concurrente scientia emptoris , cap. 55. nu. 4.**

# I N D E X.

- Res alienata ab eo qui est grauatus fideicommissio, imputatur ei in trebellianicam etiam in iusto fideicommissario, cap. 73. nu. 2.
- Res aliena in testamento relicta ab herede legatario praestanda est, si potest redimi, alioquin eius estimatio arbitrio boni viri debetur, cap. 105. nu. 1. & 2.
- Amplia, ut estimatio quoque debeatur, si redemptio sui natura sit difficultis, veluti si præmium minoris, vel dotale relictum fuerit, ibid. p. 3.*
- Res hereditatis legari potest, non etiam res propria ipsius legatary, ita si legatarius rem postea alienauerit, cap. 105. nu. 4. & 5.
- Res aliena, quam testator ignorabat alienam esse si fuerit relicta, legatum non valet, nisi persona coniuncta sit factum, ibid. nu. 7.
- Item rei alienæ legatum etiam coniuncto factum non valet, quando testator temore, quod rem alienum reliquit credidit illam ad se spectare, ex aliquo titulo speciali, qui tamen eo ignorantem fuerit extinctus, nisi legatum filio jactum fuerit, ibid. nu. 8. & 12.
- Res aliena titulo institutionis relinqui potest nondum filio sed etiam extraneo, ibid. nu. 9. & 10. sed contrarium in filio dicitur, nu. 45.
- Res aliena si fuerit relicta, eius estimatio non debetur, si ex coniecturis appareat testatorem nullisse illam relinquere, ibid. nu. 15. 16. & 17.
- Item non debetur, si estimatio totam hereditatem absorbeat, ibid. nu. 23. & 26. Quod declaratur, ibid. nu. 27. & sequentibus.
- Res inuecta, & illata per conductorem in præmium Urbanum, vel rusticum regulariter sunt Domino tacite hypothecatae pro pensione, & pro illis datur Salutarium interdictum, cap. 218. nu. 1. & 2. Quod ampliatur, & limitatur multis modis, ibid. nu. 3. & sequentibus.
- Res tota simul estimanda est, non autem per partes, cap. 114. nu. 12.
- Res immobiles præciosæ, quæ fructus non reddunt, vel minores iusto valore, ut sunt Palatia affermarii debent non ex redditibus, sed considerata materia, & forma, id est qualitate, & quanti eo in loco eius qualitatis domus, seu bona communiter venduntur, reprobata opinione Nattæ, ibid. nu. 13.
- Res meliorata, ubi minor vel Ecclesia restituitur in integrum aduersus contractum, estimari debet attento tempore facta meliorationis, quamvis de tempore praesenti res sit præciosior, secus si meliorationes ex tempore sint altritæ, & minus valeant, quam fuerit impensum, quia res estimanda est secundum tempus præsens, ibidem, nu. 6. & 7.
- Res meliorata estimari debet solum respectu eius quod est impensum tempore meliorationis, nec attenditur incrementum, vel deterioratio præcij, quando faciens melioramenta non pro se impendiit, sed pro Domino, qui fructus percipit, ibidem num. 9.
- A estimari debet inspecto tempore restitutionis, quando ille, qui meliorauit est Dominus directus, vel utilis, ibid. nu. 10.
- 1 Res iudicata, ubi condemnat ad fructus, quos quis percepit, probatio in liquidatione debet concludere per necesse, & non per possibile, secus si condemnat ad fructus, qui percipit potuerunt, quia tunc probatio per possibile, & etiam presumptiva admittitur, cap. 87. nu. 8.
- Rei iudicata procurator praedicare dicitur, quando actus positivos facit, & iudex illos admittit, licet protestatus fuerit, ibid. nu. 38.
- 2 Rescriptum priuatam utilitatem respiciens antea citationem partis aduersæ non operatur, quo minus impetrans posse penitente, & eo non vti, cap. 20. nu. 11.
- Item non operatur, ut in iusto impetrante aduersarius eo vti possit, etiam si rescriptum contineat aliquod priuilegium ad fauorem, & commodum tertij, ibid. nu. 12.
- 1 Rescriptum gratiosum subreptitium, est semper nullum, cap. 35. nu. 9.
- 1 Rescriptum directum iudicii, ut inquirat de aliquo delicto, si ipse alias poterat de delicto illo cognoscere, operatur, quad possit inquirere etiam fama non precedente, cap. 97. nu. 4.
- 2 Rescriptum Principis habet subintellectam clausulam quatenus præces veritati nitantur, cap. 1. num. 3.
- 1 Reservatio Papæ cadit etiam in beneficij, que sunt in Ecclesia numerata, & extinguntur cum persona, cap. 53. nu. 7.
- 1 Reservatio Papæ inficit titulum, & possessionem, & ligat etiam ignorantes, cap. 55. nu. 60. & cap. 59. nu. 20.
- 2 Reservatio, ut grata valeat debet iustificari, ubi collatio fuit facta de beneficio vti reservato reservatione dispositio, cap. 1. nu. 57. Quamvis ad sit clausula generalis, quod collatio valeat, siue premisso, siue alio quovis modo, ibid. nu. 58.
- 2 Reservatio particularis puta ratione mensis expressa in dispositione restringit dispositionem ad vacationem illam expressam, cap. 1. nu. 59.
- 2 Reservatio iustificari debet in Breve de capienda possessione nomine Camere, cap. 1. n. 83. & 85. Declara, ut sufficiat de ea docere quandocunque, quando in Breve ad sit clausula constituta, &c. codem. nu. 84.
- 2 Reservatio, seu vacatio in mense Apostolico, quando agitur de probacione obitus ad effectum ipsius reservationis, nec ordinarius, aut ab eo prouisus est in causa, potest probari per publicam vocem, & famam, & ista babetur qui pro plena probatione, cap. 1. nu. 197. & 199.
- 2 Reservatio Papæ generalis aliquorum beneficiorum fauorabilis dicitur, & non odiosa, secus si sit facta ad fauorem certæ personæ, cap. 94. n. 1. & 3. Reservatio inducitur solum verbis expressis, ibid. num. 4.
- Reservatio beneficij inducitur per appositionem manus Papæ, ibid. nu. 5.
- Reservationes beneficiorum clause in corpore iuris, quæ sint, ibid. nu. 6.
- 2 Reservatio beneficiorum, de qua in c. licet, & in c. praesenti, de præben. in 6. non comprehendit parochiales vacantes pro tempore, quo Sedes Apo-

# I N D E X.

- Apostolica vacat**, cap. 94. numero 7.
- 2 Reseruatio regula tertia Cancellariae, reseruantis beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, est inducta non solum favore Papae, sed etiam in gratiam ipsorum Cardinalium, cap. 94. nu. 19. & 22.
- Item non cessat, quamvis cessaat familiaritas per mortem Cardinalis, reiecta opinione Gemin. & Fasoli, ibid. nu. 20.
- Non comprehendit beneficia ad collationem Cardinalium Episcoporum spectantia, ibidem num. 23. & 24.
- 2 Reseruatio generalis beneficiorum, item appositorius manus Papa non afficit beneficia iurispatronatus laicorum, etiam si ius patronatus sit mixtum, cap. 94. nu. 25. 26. & 27.
- 2 Reseruatio clausula in corpore iuris inducitur eorum beneficiorum, quibus beneficiatus priuatur etiam ob contumaciam, cap. 94. nu. 28.
- 2 Reseruatio per extrauagantem ad regimen, de praeten. comprehendit etiam beneficia electiva, cap. 94. nu. 38.
- Non comprehendit, nisi beneficia, quae promoti ad Cathedrales, tempore promotionis obtinebant, ibid. nu. 39.
- 2 Reseruatio, de qua in regula Cancellariae 21. non comprehendit beneficia electiva, quando in dispositione est expressus aliquis nouus modus prouidendi, cap. 94. nu. 42. Sed contrarium defenditur, ibid. nu. 61.
- 2 Reseruationes nouae in prauidicium concordatorum Germaniae per regulas Cancellariae inducetae non censemuntur, nisi de ipsis concordatis expressa, & specialis mentio facta fuerit, cap. 94. num. 44.
- Item reseruationes inducetae per ipsas regulas Cancellariae non comprehendunt beneficia Germaniae, ibid. nu. 45.
- 2 Reseruatio beneficiorum vacantium per obitum familiarium Cardinalium inducta per regulam tertiam Cancellariae requirit consensum Cardinalis per extensionem factam in Cancellaria, vel Camera, dummodo Cardinalis fuerit presentis in curia, sebus si sit extra curiam, cap. 94. nu. 12. & 14.
- Habet locum etiam quo ad beneficia, quae familiaris decebens obtinebat ante mortem Cardinalis defuncti, & nendum quo ad beneficia acquisita durante familiaritate prioris Cardinalis, sed etiam quo ad alia prius quæsita, ibidem num. 13.
- Item habet locum licet non probetur continuatio familiaritatis per quatuor menses, quidquid sit quo ad effectum regula 32. de praestando consensu Cardinalis presentis in curia, quando impetratur beneficium a Papa vacans per obitum familiaris Cardinalis, ibid. nu. 15.
- 2 Reseruatio inducta propter familiaritatem Papæ operatur, ut beneficium libera collatori Papæ intelligatur reseruatum, nec requiritur consensus Cardinalis, in cuius familiaritate beneficiatus existens decessit, cap. 94. nu. 17. vers. Reseruatio tamen.
- Amplia, etiam si ille Papa decesserit, & ita per illius obitum familiaritas fuerit extincta, d. nu. 17. vers. qua inclusio procedit.
- Item amplia, quamvis beneficiatus esset familiaris Papa per privilegium, ibid. nu. 18.
- 2 Reseruatio specialis beneficij obstat agenti spolio in causa beneficiali, etiam quod spoliatus ipse iustificasset prouisionem suam titulo colorato, cap. 121. nu. 106.
- 2 Residencia requiritur in beneficijs, quæ in titulum conceduntur, licet in simplicibus contrarium serueretur ex consuetudine generali, cap. 1. num. 100. & cap. 32. nu. 1.
- Amplia, ut corporis necessitas non præbent causam iustam non residendi, nisi sit rationabilis, & talis, ut dici possit iustum impedimentum, secus si negotium sit tale, quod possit tractari per alias personas, ibid. nu. 9.
- 1 Resignans, quando resignatio non est perfecta, potest panitere, nec sus ab eo dicitur abdicatum, secus si resignatio sit perfecta, quia etiam si post resignationem per triennium pacifice posiderit, tamen presumitur retrocessio, cap. 41. num. 53.
- 2 Resignarius non tenetur iustificare titulum resignantis, quamvis non constet de resignatione nisi per narratiuam Ordinary, dummodo resignarius ipse lite pendente obtinuerit nouam prouisionem, etiam quo ad effectum resignationis, & huic nouæ prouisioni consenseritis, qui resignasse dicitur, cap. 41. nu. 13. & 14.
- 1 Resignarius presumitur retrocessisse in favorem resignantis, qui per triennium posset beneficium resignat. m, dummodo impetrans probet dictam possessionem triennalem, & quod resignans decesserit in possessione, cap. 41. nu. 27.
- Item presumitur retrocessisse, quamvis adeptus esset possessionem, & de illa confaret per instrumentum, si post possessionem adeptam passus fuit resignantem possidere triennio, ibid. nu. 28.
- Resignarius iuuatur allegatione Lapi, licet resignatio facta fuerit post commissam causam contra resignantem literis non expeditis, cum clausula, dummodo &c. ante tam terminum ad articulandum, ibid. nu. 42.
- 1 Resignatio statim atque supplicatio fuit porrepta de iure dicitur perfecta, cap. 51. n. 9. & 27.
- 1 Resignatio facta in manibus Vicarii generalis mortuo Episcopo antequam de illo obitu fuerit cercioratus valet, cap. 55. nu. 29.
- 2 In resignatione consensus retrotrahitur ad diem datae, cap. 71. nu. 17.
- Item tempus datae attenditur, & presentatio supplicationis sub parua data, & paruo consensu, si postea a resignante consensus fuerit extensus ibidem num. 18.
- 1 Restitutio fideicommissi potest extra judicialiter fieri, cap. 1. nu. 5.
- Restitutio fideicommissi facienda est etiam de iure canonico, ibid. nu. 6.
- Restitutio fideicommissi bæredi a fideicommissario fieri debet propter detractiones, ibidem numero 30.

# I N D E X.

- 2 Restitutio rei a creditore illam possidente sine vi-  
tio, necessario fieri non debet, nisi ei offerratur  
suum creditum, siue illud creditum babeat by-  
potbecam, siue non, cap. 119. nu. 1.
- Amplia procedere in creditore cuiuslibet rei, tam  
chyrographario, quam sine chyrographo, ib. n. 2.
- Restitutio rei posse ex necessitate fieri non de-  
bet, quando ex rationabili aliqua causa res ip-  
sa potest retineri, etiam si in illa re possidens by-  
potbeca, aut pignoris ius minime babeat, ibidem  
numero 3.
- Amplia, ut nec in iudicio spoli sit facienda resti-  
tutio sine idonea cautione, quando ex restitutio-  
ne posset sequi damnum irreparabile creditoris,  
& illi non sit cautum in petitorio, ibid. nu. 4.
- 1 Restitutio in integrum non datur per signatu-  
ram in causis profanis, sed restitutionis causa  
committitur, cap. 86. nu. 13.
- Restitutio in integrum non datur ad impedi-  
dam executionem illi, qui obtinuit contra se in  
Rota duas sententias conformes, vel saltem con-  
firmatoriam, quod contra illas nibil ex eisdem  
actis deducitur, ex quibus constare possit de il-  
larum iniustitia, ibid. nu. 22.
- 2 Restitutio in integrum suspendit rem iudicatam  
donec cognoscatur, an restitutio sit concedenda,  
etiam si aduersarius obtineat commissionem cum  
clausula, quod iudex procedat ad legitimam exe-  
cutionem, cap. 87. nu. 13. & 14.
- 2 Restitutio in integrum datur aduersus prescri-  
ptionem quadragennariam ex capite ignorantie,  
cap. 16. nu. 1. & lib. 2. cap. 57. nu. 3. & 4.
- 2 Declara, dummodo talis restitutio petatur intra  
quadriennium a die scientiae numerandum, cap.  
57. num. 5.
- 1 Item declara, dummodo ignorantia fuerit iusta,  
seu probabilis, & circa quam nulla negligentia  
interuenierit, cap. 16. nu. 2.
- 2 Tertio declara, dummodo duo copulatiue concur-  
rant, unum quod quis ignoret alium rem suam  
possidere, alterum quod ignoret etiam rem illam  
ad se pertinere, vel in ea ius sibi competere, cap.  
16. num. 3.
- 2 Restitutio in integrum danda est minori aduer-  
sus latsum temporis ei a legge, vel statuto conces-  
si pro reliuenda re paterna, cap. 98. nu. 1.
- Amplia etiam si contra tutorem, vel curatorem  
suum agere incepit personali actione pro eius  
indemnitate, quod facere potest, quamuis aliena-  
tio fuerit facta eo consentiente, ibidem nume-  
ro 2 & 3.
- 2 Restitutio in integrum datur minori etiam ad-  
uersus alienationem factam solemniter, quando  
ex ea aliquod praesudicium sibi infertur, cap.  
98. num. 4.
- Restitutio in integrum datur Vassallo minori  
etiam latso anno, infra quem lege iubante inue-  
stitura renouari debet, ibid. nu. 5.
- Restitutio in integrum minori nunquam dene-  
gatur, nisi a lege, vel statuto expresse sit cautum  
ibid. num. 6.
- Restitutio in integrum propter iustam ignoran-  
tiam datur indistincte, siue illa petens sit maior  
sive minor, etiam si cum ipso nibil gestum fuerit,  
ibid. num. 7.
- Restitutio in integrum datur solum intra qua-  
driennium a die scientiae numerandum, ibidem  
numero 9.
- Restitutio in integrum datur illi, qui petit se re-  
stitui ad lucrum sine damno alterius, secus si  
cum damno, ibid. nu. 10.
- Restitutio in integrum conceditur minori, qui  
inconsulto hereditatem adiuit, etiam si heredi-  
tas sit opulenta, & lucrosa, ibid. num. 11. & 12.
- Item quamvis confererit inventarium, & heredi-  
tatem adiuerit cum auctoritate curatoris, con-  
tra quem possit babere regressum, ibid. numero  
13. & 14.
- Restitutio minoris per alium minorem impedi-  
re non potest, quando certatur de damno vitando,  
ibid. nu. 15.
- 2 Restitutio in integrum retardat executionem,  
etiam si commissa causa restitutionis aduersa-  
rius obtineat commissionem cum clausula, quod  
index ad legitimam executionem procedat, cap.  
121. nu. 12. & 13.
- Restitutio in integrum non retardat executionem  
sententiae, quando est cæpta, quamvis restitutio  
competat de iure communis, ut in minore, & Ec-  
clesia, ibid. nu. 14.
- Restitutio in integrum obtenta etiam de minore, vel  
Ecclesia, non retardat executionem etiam non-  
dum incepitam quando viget vobemens presum-  
ptio calumniae, ibid. nu. 15.
- 2 Restrictio substitutionis facta pupillo ad bona  
testatoris operatur, quod verbum commune cen-  
seatur obliquum, nec ad directum trahi possit,  
pag. 296. nu. 21.
- 2 Retentio honorum patris datur solum filio pro  
legitima, non autem pro illius supplemento, cap.  
121. nu. 72.
- 2 Retentio rei posse, seu detentæ regulariter da-  
tur impendentis donec expense deducibiles, &  
melioramenta ei persoluantur, cap. 312. nu. 1.
- Retentio pro expensis datur, etiam si ex aliqua  
alja causa res ipsa retineri non possit, ibidem  
numero 2.
- Retentio attuum, & processus litis datur procu-  
ratori, vel scribæ, donec pro expensis soluatur eis  
quod debetur, ibid. nu. 3.
- Retentio pro melioramentis datur etiam in rebus  
Ecclæ, & in beneficialibus, ibid. nu. 4.
- Contrarium in re meliorata ex pecunis patri-  
monialibus Clerici reprobata opinione Abba-  
tis firmat, Surdus conf. 333. lib. 2. ibid. nu. 5.
- Retentio pro melioramentis conceditur etiam con-  
tra tertium, ibid. nu. 6.
- Retentionis ius transit etiam in successores singu-  
lares, ibid. nu. 7.
- Retentio datur conductori pro melioramentis,  
quamvis ob non solutam pensionem expellatur,  
ibid. nu. 8.
- Retentio ex causa melioramentorum conceditur  
quoque possessori malæ fidei, nisi in re aliena  
scienter adjudicauerit nullam habens causam a  
Domino, secus si causam habeat, vel ante impen-  
sam

# I N D E X.

Item Dominus denunciauerit, ut rem repeteret, si putaret esse suam, ibid. 112. nu. 9. 10. 11. & 12. Item retentio datur possessori mala fidei pro expensis necessariis, non obstante eius mala fide etiam notoria, ibid. nu. 13.

Retentio datur emptori, siue eius successori singulari conuentio hypotecaria, donec ei soluatur impensa, aut premium melioramentorum, quatenus ex eis res ipsa facta sit praeclarior, vel potest ipse, si vult absolvi a dicta actione, actori solvere primam rei estimationem detractis melioramentis, secundum opinionem Bartoli, & aliorum sed contrarium defendit Couarruicias, ibidem, nu. 14. 15. & 16.

Retentio rei ex causa melioramentorum datur etiam in executione sententiae, vel rei iudicata, ibid. nu. 18.

Item retentio datur in iudicij executiis, & priuilegiatis, ut est actio spoliij, vel quando agitur vigore obligationis Cameralis, ibid. nu. 19.

Retentio datur, quamvis valor melioramentorum non sit plenè iustificatus, dummodo in genere constet de illorum existentia, ibid. nu. 20.

Retentio pro meliorationibus datur, quamvis ab eo, qui executionem petit, offerratur cautio de soluendis melioramentis cum fuerint liquidata, reiecta opinione Gozzadini, ibid. nu. 21.

Declaratio, nisi in differendo subsit aliquod periculum, quia tunc cautio admittenda est, ibidem, num. 22.

Item declaratio non procedere in Regno Neapolis, ubi indistincte fit executio sententiae cum fidei usione, ibid. nu. 23.

Retentio rei dotalis marito, vel eius heredi ex causa melioramentorum soluto matrimonio non conceditur, ibid. nu. 24.

Retentio unius rei non datur propter impensas in alia re factas, nisi in iudicio uniuersali petitionis hereditatis, vel fideicommissi, vel nisi impensa in una re facta excedat valorem utriusque rei, ibid. nu. 25. 26. 27. & 30.

Retentio ex causa melioramentorum, amplius non datur, quando intra terminum prefixum ad liquidandum, melioramenta ipsa non fuerunt liquidata, ibid. nu. 32.

Retentio pro melioramentis non datur, quando possessori fuit denunciatum ne adficaret, ibidem, nu. 33.

Retentio regulariter non datur, post liquidationem Dominus petat cum melioramentis compensari fructus a possessore perceptos, ibid. n. 34. Quod ampliatur, & limitatur multis modis, nu. 35. cum sequentibus.

Retrahens rem ex pacto, vel ex lege, ea sibi restituta non solutis melioramentis, iure actionis conueniri potest, cap. 113. nu. 8.

Retrocessio presumpta iuxta allegationem Lappi ad fauorem resignantis, non habet locum ad fauorem eius, qui resignationem non publicavit, cap. 41. nu. 29.

Reuerentiales dati in forma sub conditione concessi intelliguntur, quatenus sententia appellatione admissat, & quo ad illam tantum partem,

que admittitur, cap. 75. nu. 26.

1 Reuocatio uno, censetur quoque reuocatum aliud, quod est consequituum ad illud, & requiritur tanquam eius pars, cap. 51. nu. 12. & 13. Item censetur reuocata omnia eius connexa, ibidem nu. 14.

2 Reus in iudicio a legitimo Iudice interrogatus veritatem etiam circa proprium delictum sub reatu peccati mortalis confiteri tenetur, licet propter periurium in foro exteriori non puniatur, cap. 35. nu. 68. & 69.

2 Reus potest de omnibus criminibus, que confessus est licite condemnari, quando praefecit inquisitio generalis, & extraordinaria, tanquam contra famosum, & de multis criminibus labesatum, secus si praefecit inquisitio, seu accusatio specialis super uno crimen, cap. 89. nu. 5.

2 Reus principalis potest accipiendo defensionem fidei sufforis ex persona sua opponere beneficium dilationis, licet dilatio ei concessa alias fidei suffori non proficit, pag. 281. nu. 4.

2 Rex Neapolis in primis causis Vassallorum Baronum se non intromittit, pag. 280. nu. 3.

2 Rigor scriptus prefertur aequitati non scriptae, cap. 5. nu. 21.

2 Roma est patria communis, cap. 145. nu. 4. Roma punit omnes delinquentes, etiam si alii unde natu sint, & alibi deliquerint, ibid. nu. 7.

Roma pupillo tutor dari potest, quamvis alibi natus sit, vel bona posse habeat, ibid. nu. 5.

2 Rota Romana non exequitur aliorum sententias, nisi visa illarum iustitia, cap. 86. nu. 31.

2 Item stante clausula sublata, &c. semper remittit partes ad Sanctissimum, cap. 37. nu. 66.

2 Item contentatur unica expeditione litterarum super gratia principali, cap. 40. nu. 41.

2 Rota ex causa sibi bene visa solet apponere sequestrum, trahit enim quando constat de attentatis, cap. 77. nu. 59.

2 Rota, ubi agitur principaliter ad fructus subtraeos actione spoliij, solet spoliatorem condemnare etiam ad fructus perceptos ante motam litem, cap. 112. nu. 65.

## S

2 Scientia non sit iniuria, neque dolas. cap. 19. S. num. 15.

1 Scientia quando agitur de priuaticne, seu amificatione iuris, debet plene, & concludenter probari, c. 3. n. 20. Nec sufficit eam probare in genere, sed requiritur etiam probatio eius qualitatum, ibid. num. 21.

2 Item non sufficit scientia presumpta, nisi adsint urgentes presumptiones, cap. 35. nu. 93.

2 Scientia procuratoris non sufficit ad faciendum incidere Dominum in paenam, cap. 35. nu. 109.

2 Scientia Papæ probari potest nedum per litteras, sed etiam per testes, cap. 18. nu. 43.

Item probatur ex clausula motu proprio, & de plenitudine potestatis, ibid. nu. 44.

2 Scientia solet ex diurna cohabitatione presumi in his, quæ sensu corporis percipiuntur, secus in his,

# I N D E X.

- bis, quæ pendent à testamentis, & instrumentis,  
quæ non solent in notitiam deuenire, cap. 19.  
num. 27.
- 2 Scientia exceptionum principali competentium in  
fidei usore non trasumitur, sed illam principa-  
lis probare debet, cap. 121. nu. 121.
- 1 Scriptura in parte vera, in totum vera præsumi-  
tur, cap. 8. nu. 15.
- 1 Scriptura ordo sequendus est, cap. 47. nu. 14.
- 1 Scriptura priuata, seu copia simplex per se nul-  
lam fidem facit, cap. 82. num. 17. Item producta  
nullam operatur confessionem producentis, ibi-  
dem nu. 18.
- 1 Scriptura priuata non probat, nisi sit recognita  
per testes, qui dicant se fuisse præsentes, & vidisse  
illum, cuius scriptura prætenditur scribere, &  
subscribere, cap. 79. nu. 1.
- Declarata nisi scriptura fuerit ab eodem met scri-  
bente recognita, ibid. nu. 2.
- Item nisi in eius productione pars aduersa tacue-  
rit, ibid. nu. 3.
- 1 Scriptura priuata, ad hoc ut probet, sufficit secun-  
dum stylum Curiae, quod testes deponant habere  
notam manum scribentis, licet non fuerint præ-  
sentes, presertim si scriptura sit de partibus,  
cap. 79. nu. 4. & 5.
- Amplia, ut scriptura priuata probet etiam de iu-  
re communi concurrentibus adminiculis, si te-  
stes dicant habere notum manum scribentis, ibi-  
dem num. 6.
- 1 Scriptura priuata plene probat fine depositione  
testium, quando ex comparatione appareat de om-  
nib[us] similitudine literarum, dummodo pro-  
betur, quod scriptura, ad quam sit comparatio,  
sit certa illius personæ, cuius esse prætenditur il-  
la, quæ recognoscitur, cap. 79. num. 7. & 8. &  
cap. 80. nu. 5.
- 1 Scriptura priuata habens partium subscriptionem,  
& recognitionem plenam fidem facit contra de-  
bitorem, licet in ea non sint testes adhibiti, cap.  
79. num. 9.
- Item contra debitorem plene probat, quando ab eo  
tantum fuit subscripta, si de eius tantum obli-  
gatione agatur, secus si ageretur de obligatione  
alterius, ibid. nu. 10.
- Scriptura priuata subscripta a partibus, & trino  
etiam teste bona opinionis munita, quo ad hypo-  
thecam operatur etiam in præjudicium posterio-  
rum creditorum habentium hypothecam, seu pi-  
gnus ex publico instrumento, cap. 79. nu. 11.
- Amplia idem esse si aliunde constet de veritate  
ipsius scripturae per veras probationes. Ita quan-  
tum non sit probatum testes esse probatae, & inte-  
græ opinionis, nisi hæc qualitas a statuto requiri-  
ratur, ibid. nu. 12.
- 1 Scriptura notarij habetur pro plene recognita se-  
cundum stylum Curiae, quando testes deponunt  
se cognoscere manum, vel scripturam, & perso-  
nam scribentis, cap. 80. nu. 1.
- Scriptura notarij, si testes sint mortui, vel non  
reperiuntur recognoscitur per comparationem  
cum alijs scripturis publicis eiusdem notarij,  
ibid. nu. 2.
- Scripturarum comparatio facit plenam proba-  
tionem, quando ex ea appetat de omnib[us] simili-  
tudine literarum, si autem adfit aliqua dis-  
similitudo, tunc probat solum semiplene, ibidem  
nu. 3. & 4.
- 1 Scriptura priuata non habens requisita ad facien-  
dam plenam probationem ex eo solum, quod re-  
peritur in Archivio non efficitur publica, nec  
plene probat, sed remanet priuata, cap. 81. nu-  
mero 20.
- 1 Scriptura diuersa sub eadem die, & ab eodem no-  
tariorum confecta si a diuersis producantur, se inui-  
cem non tollunt, quando possunt concordari, si  
autem non possint concordari, statur potiori, cap.  
82. num. 1.
- Si sint æqualis potentia attenditur originale, ibi-  
dem nu. 2.
- Si vero una plus quam alia contineat statur ple-  
niori, nisi una plus oneris contineat, quia tunc  
illa attenditur, quæ minus continet, ibidem nu-  
mero 3. & 4.
- 1 Scriptura contraria sub eodem die, & ab eodem no-  
tariorum confecta, si ab uno producantur, se inui-  
cem tollunt, ita ut neutri standum sit, cap. 82.  
num. 6.
- Item non probant etiam si non sint contraria, sed  
solum diuersæ, ibid. nu. 7.
- Item non probeat etiam in illa parte, in qua con-  
ueniunt, secundum communem opinionem re-  
probata contraria sententia, ibid. nu. 9.
- Scriptura contraria producta si sint æqualis po-  
tentia si inuicem tollunt, ibid. nu. 20.
- Scripturam aliquam producens non intelligitur  
sateri contenta in ea, nisi quatenus scriptura il-  
la per se probet, ibid. nu. 18. & 19.
- 2 Inscriptura antiqua Rota contentatur de recogni-  
tione facta etiam inter alias personas, cap. 68.  
num. 3.
- Scriptura notarij carens signo & subscriptione,  
probatur, & potest relevari, ut authenticæ, quan-  
do custoditur in loco, ubi solum reperiuntur scri-  
pturæ authenticæ, eiusdem notarij, ibidem nu-  
mero 4.
- 1 Non sumit robur ex filicia, in qua adsint aliquæ  
scripturæ non authenticæ, nisi adminicula con-  
currant, cap. 81. nu. 23.
- 2 Scriptura Notarij habens clausulam actum &c.  
cenetur perfecta, & potest redigi in publicam  
formam, cap. 68. nu. 6. & 7.
- Declarata dummodo clausula actum &c. sit posita  
in fine instrumenti, secu, si in principio, vel me-  
dio, quia tunc non denotat actus perfectionem,  
ibid. num. 8.
- 2 Scriptura notarij non dicitur perfecta antequam  
ab eo fuerit subscripta, cap. 106. nu. 17.
- 2 Sententia tria etiam conformis lata contra non  
legitimum contradictem tertio non nocet, se-  
cus si a legitimo contradicte fuit bene defensa,  
quia tunc tertius non auditur, nisi parito rei iu-  
dicatae, cap. 86. nu. 5 s.
- 2 Sententia lata contra legitimum contradictem  
facit ius quo ad omnes etiam non vocatos, & no-  
cet etiam successor, cap. 86. nu. 57.

# I N D E X.

- 1 Sententia lata pendente dilatione, seu termino ad liquidandum est ipso iure nulla, cap. 19. nu. 21.
- 1 Sententia obtenta a falso procuratore venit annulanda etiam quod contra eum in quolibet actu non fuerit protestatum, seu repetita protestatio, eum non debere audiri, nisi docto de legitimo mandato, cap. 92. nu. 5.
- Sententia nulla parte opponente non potest confirmari, sed debet omnino super nullitate pronunciari, cap. 11. nu. 1.
- 2 Sententia nulla absque appellatione rescinditur, ibid. nu. 5.
- In sententia non consideratur materia, sed forma, ibid. nu. 6.
- 2 Sententia quando dicatur lata propter contumaciam, & quando propter delictum, cap. 34. n. 11.
- Sententia lata ob contumaciam est vere interlocutoria, & effectus illius durat donec durat contumacia, ibid. nu. 9.
- 2 Sententia post mortem constituentis, quomodo pronuncietur contra eius procuratorem Dominum litis effectum, cap. 62. nu. 6.
- 2 In sententia valet argumentum, quod qui vult consequens, vult etiam necessarium antecedens, cap. 75. nu. 7.
- Sententia mandans restituui bona, si petitorum non fuit suspensum, non applicatur ad possessorum, secus si possessorum sit suspensum, quia tunc intelligitur solum lata in possessorio, nec ab ea datur appellatio, quamuis mandet restituutata, & talia bona nominatim, ibid. nu. 13.
- Sententia restitutoria, vel de immittendo in possessionem non est appellabilis, licet appellatio detur ab illa, quod quis non sit restituendus, vel immittendus, ibid. nu. 15.
- Sententia secunda expressè reuocās primam propter mixturam efficitur appellabilis, licet si lata in possessorio, ibid. nu. 17.
- 2 Sententia condemnans ad rem restituendam solitus prius melioram tis, si plures res separatas, vel connexas cotineat, quomodo interpretatur, cap. 112. nu. 28. 29. & 31.
- 2 Sententia lata ex breuitate temporis, quando sustineatur, cap. 115. nu. 1.
- 2 Sententia lata contra principalem praējudicat etiam fideiussori non citato, qui pro principali debitore coram Iudice, & in loco iudicij, et apud acta aliquid promisit, cap. 121. nu. 9.
- 2 Sententia lata perempta instantia de iure communī non valet, pag. 188. nu. 1.
- 2 Sequestratio regulariter est prohibita, cap. 77. num. 1.
- 2 Sequestrum apponi debet super beneficio, quando in Curia Romana contra possessorem sententia fuit lata, quamvis a nulla prætendatur, cap. 77. nu. 2. & 4.
- 2 Sequestrum non debet violari propria auctoritate etiam sententia existente nulla, ibid. nu. 3.
- Sequestrum violans prætextu nullitatis sententia non excusat a pena Clemen. unica, de sequestrat. posses. & fruct. si prudens, & sciens sequestrum fuisse appositum fructus perceperit, quamvis sequestrator deputatus ad colligendos fructus, sequestrum non acceptauerit, ibid. nu. 6. & 7.
- Sequestrum ligat etiam ante acceptationem sequestrary, ibid. nu. 8.
- Sequestrū quod decernitur ex dispositione Clem. unica de sequestr. posses. & fruct. per appellacionem non retardatur, ibid. nu. 9. & 10.
- Item potest apponi in secunda instantia, quamvis in prima non fuerit decretum, ibid. nu. 13.
- Sequestrum in terminis Clementinae unica non impeditur, quamvis pro suo interesse tertius se opponat, ibid. nu. 14. Neque in praējudicium ipsius tertij, qui ad causam fuerit admissus, potest etiam de consensu partium remoueri, ibidem, num. 15.
- Sequestrum evitatur, seu tollitur per cautionem, que loco sequestri subrogatur, praterquam in terminis Clem. unica, de sequest. posses. & fruct. ibid. nu. 16. & 17.
- Sequestrum in terminis Clem. unica apponitur etiam ab Ordinario loci, quamvis coram illo causa non pendeat, ubi tamen prius sententia contra possessorem beneficij in Curia Romana prolatas fuerit, ibid. nu. 18.
- Declara dummodo Ordinarius mandatum de sequestrando a Iudice, qui tulit sententiam prius receperit, ibid. nu. 19.
- Sequestrum vigore Clemen. unica, de sequestr. posses. & fruct. apponi potest super quocunque beneficio, etiam si dignitas, vel personatus existat, item quamvis Ecclesia sit parochialis, ibid. nu. 20.
- Sequestrum non apponitur, quando passidēs presumptionem boni iuris pro se habet, ibidem, nu. 22. & 38.
